

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium rhetorices - Cod. Ettenheim-Münster 305

[S.l.], [Anfang des 18. Jahrh.]

Caput primum. De argumentis eorumque locis de argumentis

[urn:nbn:de:bsz:31-131036](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131036)

Pars Prima
DE
INVENTIONE.

Cum finis oratoris sit apte ornateq; dicendo per-
suadere, persuasio autem optineatur per ascensum ex
parte intellectus et motu ex parte voluntatis hinc
quatuor inveniendae sunt oratori videlicet argu-
menta, et argumentatio, ad convincendum intellectum
fideiq; abstinendam; amplificatio, et affectus ad volun-
tatem comoverendam;

Caput Primum
De Argumentis eorumq; locis.
De
Argumentis.

Q. i. Quid est argumentum?

Q. Est inventa ratio ad faciendam fidem, hoc est, ad
moverendam intellectum, ut hic credat verum esse vel
vero simile quod dicitur.

Q: 2. Quotuplicia sunt argumenta?

R: in primis duplicia. certa nimirum et probabilia.

Q: 3. Quoniam habentur pro certis?

R: Primo eas sunt lumine naturali nota, ut esse Deum, p.
Secundo quae sensibus percipiuntur. Tertio. quae comuni
hominum consensu sunt probata; ut parentes esse hono-
randos quarto. quae in sacris litteris continentur, aut
ab Ecclesia definita sunt. p.

Q: 4. Quoniam dicuntur probabilia?

R: universi ea, quae bene penetrata virum prudente
possunt movere ad assensum.

Q: 5. an non alia supersit argumentorum divisio?

R: omnino et quidem valde celebris ab omnibus orato-
ribus recepta: nimirum divisio argumenti intrinseci.

Q: 6. quid est argumentum intrinsecum?

R: Est talis ratio, quae ex re ipsa, de qua agitur, ab ora-
tore depromitur, et ad propositionem stabilendam
accommodatur.

Seu si illa ratio, quae per se ex natura sua cum predi-
cato vel subiecto propositionis habet connexionem.

Seu denique, quae petitur ex visceribus causae, hoc est,

ipsius propositionis, nempe ex predicato vel subiecto
quod propositionis sunt viscera.

Atque huiusmodi argumenta sunt, quod desumuntur
ex predicati vel subiecti definitione genere, specie, &
ut si E. g. vellem suadere, Rhetoricam esse amplecten-
dam; quia est ars apte ornateq; dicendi ad persuaden-
dam: hoc argumentum esset intrinsecum utpote ex defi-
nitione petitum.

Q: 7. Quodnam dicitur argumentum extrinsecum?

R: omnis illa ratio, quod neq; rei de qua dicitur, inest,
nec cum predicato, vel subiecto propositionis per se
ex natura sua connexionem habet sedq; aliunde
ex historia. v: g: oraculo. s: asunitur, et ad pro-
positionis confirmationem applicatur.

Q: 8. Unde sumuntur argumenta sic divisa et expli-
cata?

R: Ex variis locis, quos sequens explicabit.

Pars 2da.

de

Locis Argumentorum.

Q: 1. Quid sunt loci?

R: Sunt sedes argumentorum, quia in illis argumenta quasi resident.

vel Clarius, loci sunt sedes argumentorum ex quibus argumenta apta ad confirmandam propositionem defumuntur.

Q: 2. quotuplicis sunt generis?

R: Duplicis videlicet loci communes et Rhetorico proprio.

Q: 3. quinam vocantur loci communes?

R: Loci topici, ex quibus dialectica & quam Rhetorica sua deponunt argumenta. unde etiam communes loci dicuntur.

Q: 4. quod numerantur tales loci?

R: Sedecim. nimirum definitio, notatio seu Etymologia, Enumeratio partium coniugata, genus, species seu forma, similitudo, dissimilitudo, contraria, repugnantia, adiuncta, antecedentia, consequentia, causa, effecta, comparatio.

Q: 5. quare dicuntur loci topici?

R: Ideo, quia Aristoteles de iis tractat in Topicis,

ubi de topica, quae est ars locorum ad inveniendam
argumenta.

Q: 6. Quinam sunt loci Rhetoricas proprii?

R: Sunt illi, quibus sola haec ars pro inveniendis ar-
gumentis utitur. sunt autem sequentes.

1. honestam ac turpem.
2. utile et damnosum.
3. iucundum et molestum.
4. facile et difficile.
5. necessarium et absurdum.

Q: 7. An non loci etiam diffidentur?

R: omnino. in intrinsecos scilicet et extrinsecos,
intrinseci sunt qui argumentum probent intrinsecum.
extrinseci vero, qui extrinsecum suppeditant.
ubi notandum, ex illis locis alias esse ita intrinsecos,
ut rem aliquam plene explicent, omnemque eius lati-
tudinem quo ad presentiam Physicam, et Metaphysicam
comprehendam enumerationis partium. alias vero
sic, ut rem eiusque naturam non plene, sed partialiter
tantum exponant. et horum quidam aut consistunt

spemiam ut locus generis causa materialis, formalis. g. aut naturali solum vinculo cum re, de qua quod-
vitar, connectantur, ut accidens, proprium p.

X. or. Quot numerantur loci extrinseci?

Ri In primis Sex illi generi iudiciali, proprii,
nimirum proiudicia, fama, tabula, iusiurandum
tormentum, testes.

His tamen alij plures alias non minus utiles
adiiciunt.

Primo quidem pro eodem genere iudiciali leges.
2o. consuetudines legitime.

3to. ritus ac mores patrii.

4to. pacta et contractus.

5to. promissiones.

6to. ratio etiam humanum. p.

Deinde pro orationibz sacris huiuscunqz generis
1. Sacram scripturam 2. Definitiones et traditiones
Eclesiæ. 3. Consilia. 4. Sanctos Patres, et sacro
scripturæ expositiones. 5. Historiam Ecclesiasticam
6. Theologiam. p.

Septimo pro orationibz tam sacris quàm profanis
propter iam abimulatos appologos et parologos.

octavo. adagia paremiar, et gnomas.

9. Symbola inblemata indignata. 9.

10. Sententias diversorum scriptorum.

11. eruditiones.

12. Exempla et authoritates quam veterum et recentiorum. 9.

Pars 3tia. De Definitione.

Q: Quid est definitio?

R: Est oratio, explicans naturam rei dicit enim, quid res sit.

Q: Quod duplex est?

R: Duplex una propria seu stricte accepta, quae ad Philosophos pertinet. altera impropria, quae alio nomine descriptio dici solet.

Q: quorum requiruntur ad definitionem propriam?

R: Duo: genus videlicet differentia. genus est predicabile de pluribus in quibus incomplete. seu ut à Rhetore etiam intelligi potest, est vox illa, quae de pluribus predicari potest, sub eadem significatione. ut arbor,

Aris, planta. g.

Differentia vero est, predicabile de pluribus numero differentibus in quale quid, seu est talis vox, cuius significatio facit, ut res ab aliis, quibuscum in genere, hoc est, in predicato generico convenit, differat, et distinguatur. Sic v. g. in hac definitione. homo est animal rationale. vox rationale est differentia; quia per hoc predicatum homo differt ab aliis cum quo ut animal convenit.

Q: quoniam requiruntur ad definitionem impropria.

R: Pariter duo. videlicet aliquid commune, cum aliis rebus non definitis, quod se habet per modum generis et aliquid particularis tanquam differentiam qua res definita aliquo saltem modo differt ab aliis rebus.

Q: quot modis fieri solet talis definitio?

R: variis. Primo per causas scilicet efficientem, finalem, materialem, formalem. g. Sic v. g. homo definitum, quod fit animal ex pulvere ipsius Dei manu conditum, et ad beatitudinem celestem procreatum, cui corpus mortale anima vero immortalis ratioque proditus. ubi vides, quod Deus fit causa efficiens beatitudo celestis causa finalis corpus causa formalis.

Hoc tamen ^A familia inventa non ita nuda est simpli-
citer, sed semper cum ornata oratorio sunt profere-
nda. Per effecta, quod fieri solet per verba, ut si
explicare velis, quid sit Eloquentia, dicere poteris,
illa est, quae effrenatos coercet, quos languentes exci-
tat, quos consilia de rebus maximis explanat.

Secundo per substantiva è verbis formata. ut
Eloquentia est maximorum consiliorum interpres
languentium calcas Effrenatorum disciplina. &c.

vel tertio per verba simul et substantiva et adiec-
tiva promiscue quemadmodum pietatem definiuit,
Dicitur Ambrosius in Psalmo 110. pietas est amica
Parentibus grata Deo, Dominum conciliat necessitu-
dinem fovet Dei cultura, merces Parentum, filiorum
stipendium iustorum, tribunal egenorum, pectus
miserorum, suffragium indulgentia Peccatorum.

Quarto Per Proprietates, et accidentia. ut felis ani-
mal domesticum caput habet buboni non ab simile
domum muribus perspargat, quos etiam in tenebris videns
misera in angulis aviditate confectatur.

et Quinto Per consequentiam. ut sol est lampas mundi

Quo diem efficit colores rebus tribuit plantis et animalibus non nullis vitam imperditas.

Octo. Per similitudines quando nempe res per similia explicatur quid sit. fiunt autem ex similitudine plerumque breves Metaphorae. ut flores sunt sydera terrestria, hortorum gemae, vivat miris thecia. p.

Octo. Per enumerationem partium. Si Eloquentiam explicari poteris dicendo, quod sit facultas, quod ad persuadendum firmissimam rationem momenta invenit, inventa in ordinem digerit, digesta verborum et sententiarum splendoribus exornat, exornata memoria comendat, comendata cum variis Actibus decore effundit, ad gratiam audientium, ad intellectus assensum ad voluntatis inflammationem, et ad satisfactionem totius populi.

Septimo. Per negationem et affirmationem, dicendo in primis quid res non sit; deinde subiungendo, quid illa sit. Sic eleganter Cicero pro damno suo defixit Populum Romanam, primo dicens, quid non sit populus Romanus. An tu populum Romanum esse illum putas, qui constat ex iis, qui merce de conducuntur, qui impellantur, ut vim inferant magistratibus. ut obside-

ant senatum? optent quotidie eodem, incendia
rapinas?

Post hoc adhibet ironiam, quae ordinariè, dum hoc modo
res aliqua definitur, acie scribitur, locum habere
potest.

O. speciem, dignitatēq; Populi Romani, quam
reges, quam nationes extero, quam gentes ultimo
pertimescunt, multitudinem hominum ex ferreis con-
ductis, ex facinorosis exagerentib; conflata.

Tandem sufficit quid sit populus Romanus. dicendo:
Ille populus est Dominus Regum victor atq; Imperator
omnium gentium.

Octavo. Per adiunctam seu circumstantias, prae-
cipuè dum persona, res aut actio aliqua.

Exponitur per figuram Hypothiphoseos Ethopois
de quib; suo loco. unicum hic proinde cape exemplum,
in quo latro sic describitur. videte hominem oculis
fulgarantib;, super cilio hirsuto et appeso, crines
sylvae instar impexi, eminenti dorso, ritu oris, et
hiatu emerso, voraginem putei et charybdis,
vultu tam effro et ad terrorem minaci ut Medusa
effigiem intueri te existimes.

voce porò tam amabilem se pandit, ut rubidam Leonis, genitum struthionis aut trachionis audire se putes. quid reliquos corporis malus commemorò?
Ex pallatio eloquentio .

Nono. Per comparationem fulgorem ut si quempiam dicis esse tygride ferociorem, lupis voracior, Leone iracundior, saxo, et rupe durior. p.

Item Alexandro gloriosior, Augusto felicior, Creso ditior, Absolone pulchrior, Junatha amabilior. p.

Q: Quomodo ducendum est argumentum à definitione tam propria quam impropria.

R: In primis illud, de quo questio instituitur, derivando; tum illam ipsam definitionem pro argumento ad probandam et confirmandam propositionem assumendo. ut: Rhetorica est ars apte ornateq; dicendi. Ergo merito pro aliis rebus est addiscenda.

Pars 4ta.

DE Etymologia.

Q: i. quid est Etymologia?

R: Etymologia s: quod grece ab Etymon, et logos, Latine notatio dicitur, logos s: est locus qui originem

aut significationem nominis inquirat et exinde argumentum aliquod eruit.

Q: quomodo ex hoc loco argumentum eruitur?

Q: Indagando originem aut vim significativam nominis, de quo questio formata, et cum id ipsum quod inventum est, pro argumento Thematicis accommodando, ut: consul est, qui consulit patriam: non igitur Giso consul, qui eam erexit.

Q: quando orator hoc loco utitur?

Q: potissimum, quando laudandi, vituperandi, irridendi, iocandi. & occurrit occasio. quemadmodum Cicero sapienter iocatus est, in nomen verris, nunc à verendo, quod scilicet ficulorum bona furando verberet, hoc est Corradet, nihil ipsis relinquendo: nunc ab horreo, non castrato, qui verber dicitur.

Q: quid ultra circa hunc locum observandum?

Q: ne unquam aliquid ex origine aut significatione nominis aducatur, quod rei non apte conveniat, ipsiusque naturam. & exprimat. Sic ex nomine Divarum Casbaro, Ursulo appellato Lupi. & valde difficulter aliquid veretur, quod in laudem harum colitum Caderet. nisi dicendo, eius modi nomina, non

consilio, sed casu et fortuna his divis obligasse.
 uti dicere posses, Sanctam Barbaram Barbaram quidem
 fuisse nomen sortitum, inderim tamen inter tot tor-
 menta Martyrem fuisse mitissimam. p.

Q: An non etiam alio vocum lusionis, ad hunc locum
 reducuntur?

Q: Omnino et quidem in primis anagrammata ca-
 pitalistica, cronochronistica. p. quod licet ex ipsa nominis
 origine non fiat, ex ipsius tamen litteris seu ex ipso
 nomine fiat. ut. Roma, amor, mora, maro, logica,
 caligo, Sigismundus, dignus musis. p.

Secundo huc revocantur verba equivoca, hoc est
 ambigua et diverso significationis vocabula, unde
 iocus esse potest. huiusmodi hoc disticon continet.

gallia dat pares, grandes sed Iberia nutrit;
 Gabos Hispanis quis negat esse pares?

valet proinde hic locus plurimum ad accomina-
 ad perstringendum ad delectandum; sic cum à More-
 nate non hospitale Cicerus interrogaretur, qui valeat
 reposuit:

Non bene Mocras valeo, quia me sine conas.
 Quali etiam est illud:

Papa Pius quintus moritur: mirare tot inter
Pontifices, solam quingensuisse Pios.

Testis huc spectant vocum nominumque inter pretatio-
nes. ut si quis Divam Margaritam, Margaritam gem-
mam esse contendat, Divum Elephanum coronam,
Divum Laurentium laurum triumphale .p.

Pars sta. ^{de} Coniugatis.

Q: Quid sunt coniugata?

R: Sunt ea vocabula, quae ab uno primitivo orta,
varie commutantur, terminantur, ac inflectuntur.
ut pie pietas ab adiectivo pius.

Q: quomodo ex hoc loco ducitur argumentum?

R: unum ex derivatis assumendo, et tum ex hoc altero
inferendo. ut: Christianus esse vis; Ergo Christiane
vivas necesse est.

vel Christiane non vivis: Ergo nec Christianus dici
potes.

Q: qua ratione differt locus conjugatorum ab nota-
tione nominis seu Etymologia?

R: Per hoc, quod in notatione formetur argumentum

à primitivo ad derivatum, vel vicissim à derivato ad primitivum. Contra in usu conjugatorum ab uno derivato pariter ad alterum derivatum.

unde si dicis: Christianus es: Ergo Christiane vivas necesse est φ . sunt conjugata.

Si vero dicis Christianus es: Ergo Christi vestigia sequi debes: erit argumentum ab Etymologia; nam in hoc posteriori exemplo Christianus est derivatum et Christus primitivum. in priori exemplo autem utrumque est derivatum.

Ceterum quo ad usum convenit hic locus cum notatione.

Q: quoniam observandum, ne ex conjugatis mala fiat illatio!

R: videndum primo est an illud, quod dicitur de uno ex conjugatis, ei competat, et conveniat qua tali seu quia et quatenus conjugatum est.

Hinc male sequitur Rhetores sunt pona digni ergo etiam Rhetorica;

et enim Rhetores non sunt pona digni, quia Rhetores sunt, sed quia aliquid criminis perpetrarunt.

Videndum Edo: an conjugata non sola voce, sed etiam significatione conveniant. unde male inferres: homo es: ergo humana spectare debes nam homo

^{to} ^{iam}
 A humana non habent eandem significationem; quia
 ho humano hic non auipitur pro eo, quod spectat ad
 hominem sed pro rebz terrenis, et caducis.

Bene autem sequitur: homo sum: ergo nihil humani
 à me alienum puto.

Pars 6ta. De Enumeratione.

Q: quid est enumeratio partium?

R: Est oratio, qua totum aliquod distribuitur in suas
 partes. Estqz hic locus confundisimqz cum pro argu-
 mentis inveniendis cum pro amplificandis.

Q: quid est totum? quid est pars?

R: Totum est collectio omnium partium alicuius rei.
 Pars vero est aliquid totiqz. Potest nihilominus ali-
 quid esse totum respectu unig, et pars respectu
 alterig.

Sic manus est aliquod totum respectu digiti, et pars
 respectu totiqz corporis.

Q: quot numerantur tota?

R: novem. genericum scilicet, specificum, logicum,
 Physicum Metaphysicum, integrale, morale, artifi-

ciate, et aggregatam.

Q: quodnam dicitur totum genericum?

R: quod sub se continet plures species virtutum, puta
charitatem, temperantiam, humilitatem. &c.
Et plures partes specificas. ut virtus continet sub se
Animal quadrupedes, aves, pisces, vermes. &c.
avis aquilas, Cygnos. &c.

ubi notandum unicum latius genus patere, quam alte-
rum, id est, plures partes sub se continere; sic latius
patet animal, quam avis, piscis &c.

Q: quid totum specificum?

R: quod sub se continet plures partes numericas,
seu plura ut vocant, individua per individua hinc
intelliguntur ea, quae sunt plura numero, hoc est, quae
in natura conveniunt, et non aliter differunt quam
quod unum non sit alterum ut plures equi, qui licet
colore, et aetate. &c. discrepent, in natura tamen con-
veniunt; color enim et aetas. &c. tantum faciunt diver-
sitate accidentalem.

Q: quod vocant totum logicum?

R: quod suam existentiam, et essentiam proprie habet,
et in intellectu unde etiam totum rationis et voluntatis

appellatur. quale. v. g. est val panfer Hircoscervos
 A omne illud quod à parte rei non datur licet forte
 de se sit possibile.

Q: quid est totum Phisicum?

Q: quod habet plures partes essentielles, hoc est,
 tales, ex quibz res aliqua componitur, ac constituitur.
 ut anima, corpus, et inter duo hoc unio quibz confi-
 sit homo secundum suum esse proprium seu
 naturale spectatus.

Q: quod dicitur totum Metaphisicum?

Q: quod in se quidem et à parte rei est unum indivisibile
 quod, partes tamen, vel potius quasi partes habet secun-
 dum nostrum modum concipiendi. Cuiusmodi totum est
 Deus in se simplicissimus in quo tamen instas partium
 concipi possunt eius Divinae perfectiones v. g. omni-
 potentia, misericordia, iustitia, bonitas, & quamvis
 sint una eademqz simplicissima. &

Q: quodnam appellatur totum integrale?

Q: quod plures habet partes integrantes, hoc est,
 tales, quae faciunt, ut totum aliquod dicatur integrum.
 ubi sunt pes, manus, digiti in homine. nam si ex partibus
 etiam vel unica desit, corpus iam non potest dici inte-
 grum.

sunt autem ex his partibus alie ~~et~~ necessario, alie
solum accidentales. necessario sunt, sine quibus
res aliqua nequit subsistere, ut caput, cor, venter &
in homine.

Contra accidentales dicuntur, quod a re possunt adesse,
quin ista pereat, ut: digitus, ^{per} manus.

Q: quodnam denique ^{dicitur} indigitum solum morale?

R: omne illud, quod partes habet iuxta existimatione
hominum seu, quia homines sic existimant. unde
etiam non nullis solum existimatum dicitur, ut ex-
ercitus huius partes sunt duces, legiones, milites, &

Q: quodnam denum est solum artificiale, quod
aggregatum?

R: artificiale est illud, quod partes habet manu
artificis elaboratas, et juxta regulas artis conjunc-
tas. quale v.g: Est templum cuius partes sunt ar-
ches, parietes, imagines, statuae ornatus, &

Aggregatum vero est, cuius partes casu aut industria
fuerant accumulatae. ut canulus lapideus

Q: quomodo ducitur argumentum ex enumeratione
partium?

R: Recipiendo partes totius et hanc per illationem

descendendo ad ipsam totum.

Q: quomodo hoc fieri potest?

Q: duobus; primo. si affirmatis partibus affirmetur totum, ut. in Pompeio fuit scientia rei militaris, virtus, auctoritas, felicitas, celeritas, innocentia, temperantia, fides, facilitas, ingenium, humanitas. Ergo omnis virtus Imperatoria.

Secundo. si negatis partibus, negatur totum. ut. cum. è Roma pulsus est Cællig non erat in republica consul, non senatus, non consensus populi libri, non mos patrum, non iuris et equitatis ratio igitur non erat tam illa civitas.

Q: debent ne semper omnes et singula partes enumerare?

Q: cum distinctione. si ex partibus vis inferre totum, quod consistit in aliqua collectione, cui accomodatus particula universalis omnis aut verus tunc aut alia his equivaleat, tunc omnes aut singula partes debent necessario recenseri:

Non enim sequeretur omnes Rhetores fuisse in templo et audire sacram si hoc non de quolibet ex eorum collectione verificaretur in particulari hoc est, De Petro, de Paulo. &c.

Si verò vis argumentari à partibz ad totum, quod non consistit in tali collectione universalis, tunc sufficit enumeratio partium precipuarum et notabiliorum. ut: omnes Messanae urbis partes admirationem excitent:

Quis enim mare, portum, moenia, pallatia, plateas, fora, Theatrum, fontes, hortos, Messanae non admiretur? Tota igitur urbs Messana admirabilis est.

Quod illatio utiqz bona est licet partes minz principales, minzriue momenti non recensentur: has enim partes orator non considerat, cum ad rem nihil, vel saltem non multum facere videntur.

Q: An non etiam potest formari argumentum à toto ad partes sicut à partibz ad totum?

R: omnino. Est enim par utriusqz modi argumentandi ratio, ut patet, si procedens Exemplum subvertas, dicásqz: Tota urbs Messana admirabilis est. Ergo mare, portus moenia, pallatia, plateae, fontes, hortus &c. admirationem merentur.

Q: quid ultra circa hunc locum est observandum?

R: Erino ne pars aliqua principalis et considerati-

ore digna omittatur, vel eadem pluries repetatur, vel
nimis temporis ad unam describendam infumatus cum
caeterarum partium invidia.

Ado ut in recensendo debitus ordo quantum fieri po-
test observetur, v. g. in descriptione palatii non sta-
tim à tecto descendendo ad fundamentum aut vicissem
à fundamento ad tectum.

Adio ut figurarum varietate enumeratio illustre-
tur.

Pars Prima De Genere et Specie.

Agitur hic de utroque et loco simul quia sine specie
nec genus intelligi, nec argumentum ex uno sine altero
duci potest.

Q. quid est genus?

R. Genus s. prouti iam supra de definitione diximus
est predicabile de pluribus specie differentiibus in quibus
incomplete. seu ut hic cum aliis clarius loquar: est
tatum quoddam plures sub se continens partes comu-
nitione sui similes, specie vero differentes. Quale
v. g. est animal, quod sub se tanquam partes

Comprehendit omnia animalia, tam rationalia, quam irrationalia puta, hominem, Leonem, ursum, aquilam. Quod partes omnes in hoc predicato generico, animalis videlicet conveniant, sibiq; invicem ob comunione[m] et participationem huius predicati sunt similes; quia homo est animal leo est animal. Et sola specie differunt.

Q: Quid est species?

R: Species seu forma est predicabile de plurib; numero differentib; in quid. seu sicut communiter à Philosophis definitur: est pars generis subiecta, quod pariter veluti totum plura sub se individua solo numero in diversa continet.

Sic homo est sub genere, quod est animal et sub se comprehendit plura individua tanquam partes, videlicet Petrum, Paulum, Cosarem, Marcellum.

Q: quomodo ducitur argumentum à genere?

R: Affirmando in primis vel negando aliquid in genere, et tam illud per illationem predicando de specie, ut: virtus est amabilis: Ergo etiam modestia est amabilis. Nam quidquid competit generi, id etiam competit speciei quod continetur sub genere.

Q: Qua ratione formatur argumentum de specie?

R: Primo aliquid affirmando de specie, ad illud illative explicando, et dicendo de genere. ut: Pietas est in hoc Adolescente: Ergo etiam virtus.

Q: quam dolam utuntur oratores his locis?

R: quando cunque volunt traducere Hypothesin in Thosin seu vicissem Thosin ad Hypothesin.

Est autem Thosis propositio infinita generica et universalis, quod abstracta specie, et ab omnibus circumstantiis personae, rei, loci, temporis, modi, &c. solūmodo loquitur de genere, ut: virtus est amabilis.

Contra Hypothesis est propositio finita, specifica, et particularis, quod in certis circumstantiis agit de specie, ut: Modestia Adolescenti omni loco, et tempore est necessaria.

Q: quid observandum est in tali reductione?

R: ut ea, quod in Thosi dicta sunt de genere, bene et comode applicentur rei, de qua agitur in Hypothesi, cum veritate tam figurarum tam verborum quod sententiarum.

Q: quomodo hoc res in praxi debet institui?

R: Hoc modo. Primo habita Hypothesi seu propositione particulari, ac finita inquire, sub quo nam genere, seu Thesi talis propositio comprehenditur. Quam Thesin ubi invenes, eam veluti propositionem universalem probabis, confirmabis, illustrabis, et amplificabis.

Postea fac transitum ad Hypothesin seu propositionem particularem, quam pariter probes, confirmes, illustres, et amplifies.

verum hoc res melius clarescet in exemplo. sit igitur hoc Hypothesis, qui in Rhetorica excellunt, Merito maximi sunt estimandi. iam inquire, sub quaenam seu Thesi hoc propositio contineatur, et facile deprehendes, eam sub nullâ aliâ, quam sub hac comprehendendi: in quavis arte excellentes semper maximi estimabantur. quam proinde Thesin absque magno labore dilatare potes v. g. ab inductione eorum, qui in aliis artibus, et scientiis, excellere ac propterea honorati sunt. huiusmodi, post cuius morem plures civitates disceptarunt, cuiusnam tantus Poeta civis fuerit; cum quilibet inde non exiguam

eandem et gloriam sibi accessuram speravit.
 Epictetus Philosophus cuius etiam Lampas viciolis, quae
 ad conscribendos libros nocte adhibuit ingenti post eius
 obitum pretio, videlicet teste Luciano Seyro tribus
 Drachmarum milibus venit. Archimedes, in cuius
 gratiam à Marcello in obsidione Syracusarum suo
 Militi serio Mandatum est, ut urbe potitus, uni huic tam
 quo celebri parceret Mathematico; quamvis postmodum,
 dum civitas caperetur et ipse animo et oculis in terra
 defixis, formas geometricas describeret; ignotus ab
 ignoto nil inde fuerit interfectus. p.

Porro si placet, poteris hanc Thesin seu propositionem
 universalem ulterius dilatare petendo materiam ex
 aliis locis quae ad rem videtur conducere, v. g. à cau-
 sis effectis, contrariis, similibus, comparatis p. ad
 modum illum, qui in materia de christo abunde exsim-
 plicatur.

ubi tamen semper notandum et adhibendum est, ut
 eius modi res, ac materias semper bene connectas fi-
 gurisq; commodis et variis juxta earum exigentiam
 et meritum exquisitè exornes.

Tum, ubi Thesin hanc s. quod etiam de aliis omnibus

intelligendum volo. Tali modo elaborasti, transibis
ad Hypothesin, seu propositionem illam particularem,
qualis est nostro exemplo: qui in Rhetorica excellunt
merito maximi sunt estimandi dicendo v.g. quod si
vero hi excellentissimi artium liberalium Magistri
ut audistis, tantam sibi laudem, ac estimationem
coram literato orbe promoverunt, qualem quendam
gloriam, sibi non comparabunt.

Isti, qui singulari Eloquentia studio, gratia, et
arte se se eminenter commendabiles reddunt. ut sole
quo non solum ut facultas Poeta aures delectando
delectat, sed insuper tam profunde docet tamq[ue]
fortiter simul et suaviter movendo trahit, ut veluti
potentissima Regina omnium animis dominari,
imò quasi eis in eos habere videatur. Hoc quidem
etiam cum Philosophia de admirandis naturae secre-
tis discant. Nec non cum Astrologia coli sidera
contemplatur; non tamen ita simpliciter nude ac ru-
diter sed exquisitissima verborum ac sententiarum
pompa eamq[ue] in finem, ut martialia animos non modo
super terrestria et caduca sed etiam supra sidera
extollat. p.

Quam proinde Hypothesin seu propositionem Hypo-
 teticam: cum oratoribus hic loquor, apud quos propo-
 sitionis Hypothesica non est talis qualis apud Philosophos
 conditionalis est, sed est ea quam supra explicavi: /
 aliis rationibus, rebusque in ventis mirum in modum
 extendere potes, ita ut eiusmodi compositio in to-
 tam orationem excurrat. quod defacto multi fa-
 ciunt, qui in exordio ponunt Thesin, tum ab hac
 transitum faciendum ad Hypothesin tanquam propo-
 sitionem directam, et principalem eam per totum
 orationis decursum tractant, et prosequuntur.

Q: qua ratione orator absque longiore indagine
 et citra errorem invenire potest Thesin seu propo-
 sitionem universalem sub qua Hypothesis aliqua con-
 tinetur?

R: Hanc ut sine errore deprehendat videndum
 est in quonam genere subiectum propositionis Hypo-
 thesis seu species involvatur, tu si seclusis saltem
 aliquibus substantiis predicatum Hypothesis ac tri-
 buat huic generi reposito habebit Thesin semper rec-
 tissimam. ut: modestia religioso homini est ne-

ceparia: virtus Religioso homini est necessaria.
 prior est Hypothesis, posterior Thesis. Disi autem
seclusis saltem aliquibz circumstantiis. non enim
 requiritur, ut omnia semper adiuncta, precipue
 personarum p. in Thesi continentur, sed comuniter
 sufficit, ut in ea subiectum sit genericum. hac itaqz
 ab oratoris pendet iudicio, quasnam circumstantias
 non nunquam etiam in Thesi ab Hypothesi velit au-
 pere mutuas.

Q: Estne omnis Hypothesis ad Thesin reducibi-
 bilis?

R: Negative. nam illa solum in hunc modum revo-
 cari potest, cuius predicatum etiam convenit sub-
 iecto Thesos sic Cui: hanc Hypothesin: Clodius
 est Milonis Infidiator: non potuit reducere ad
 Thesin, qualis hoc esset: omnes homines, vel saltem
 omnes Romani sunt Infidiatores Milonis. quod
 utiqz universaliter verum non est.

Adcoqz hoc in praxi orator probe consideret, necesse
 est, an scilicet predicatum Hypothesis sit necessa-
 rium vel solum contingens: si necessarium tunc
 reductio procedit, si secus, si solummodo sit contingens,
 cuius modi est in allato exemplo.

Q: Quam ob causam orator utitur tali reductione?
 R: Holissimum ob duplicem. primo ut hoc modo lati-
 orem discurrendi campum sibi adaperiat quod plurimū
 facit ad Majestatem et pompam orationis. Et do. ut sic
 facilius propter Hypothesin: nam postea quam
 cum veritate ostensum de genere E.g: virtutem esse
 expetendam, abq; nullo negotio etiam ostendi po-
 test de specie, videlicet A liberalitatem. v.g: expe-
 tendam, eo quod hoc sub virtute tanquam suo genere
 comprehendatur, hic tamen cavendum ne facile
 duitig in exponenda Thesi commoremur, sed citius
 redeamus ad Hypothesin de qua oratio instituta est.

Q: quomodo differunt hi duo loci generis videlicet
 et speciei ab enumeratione partium, prout hic
 locus etiam involvit totum genericum, et specivi-
 cam, seu Genus et Speciem, ut supra diximus.

R: Per hoc; quod genus, in quantum est genus, sub se
 continet partes comunionis sui similes; id est, in
 ratione seu significatione generis convenientes,
 ita, ut alteri etiam in sit illud predicatum, quod
 genus in uno similicat, et sui genus de omnibus
 dici possit. v.g: Justitia est virtus, temperantia

est virtus.

Species vero, in quantum est species, sub se comprehen-
dit plures partes solo numero distinctas: quam particu-
lationem locas ab enumeratione partium n̄ attendit,
sed eos solummodo in ratione partium precise quā
talium, seu in quantum partes sunt, considerat reser-
vando, an sint comunione sui similes, an solum indi-
viduales, et solo numero distincto. hinc virtus in
quantum respicitur, precise ut habens partes simp-
liciter, revocatur ad locum enumerationis; inquan-
tum vero consideratur, ut habens partes, n̄ quales-
cunque, sed comune sui similes, spectat ad locum de
genere. Quid idem cum propositione dicendum
est de specie. alia insuper differentia esse potest;
quia quodocunque argumentamur à genere ad speciem,
semper à specie ad individua verè semper et ordinariè
fit illatio unius tantum partis sine ulla distributione
ut: virtus est amplexu digna ergo etiam modestia,
quam tamen partium distributionem enumeratio ex
natura sua exigit, ut supra diximus.

¶ Quia ratione argumentatio à specie ad individua
instituitur: seu quomodo reductio speciei ad indivi-
dua ab oratore debet absolvi.

R. Eodem profus modo, quo reductio generis ad speciem, species ad genus instituitur, nisi hoc unico discrimine, quod in ista via processus à genere ad speciem vel à specie ad genus; in illa vero à specie ad individua, vel ab his ad speciem:

Pro exemplo sit v.g. hoc propositio, Laudandus est Divus Patriarcha Benedictus, Divus Benedictus s. uti vides; hic est individuum, quia à quocumque alio ex Sanctis solo numero differt.

Nam si cupis hanc propositionem reducere, ad speciem, indaga, sub quam specie ipsius subiectum videlicet Divus Benedictus contineatur. Deprehendes autem illud contineri sub variis speciebus videlicet, Confessorum, Patriarcharum, Prophetarum &c. Proinde selige unam ex istis speciebus, quæ Hypothesi tuæ videatur magis idonea: idonea autem erit ista, sub qua Hypothesis directe continetur.

Quare si in alato exemplo velles Laudare Sanctissimum hunc Patrem precise ut Patriarcham malefaceres, si de specie confessorum prius dispereres; cum necessarie de Patriarchis hic discurrendum esset.

Postquam verò rectam et legitimam speciem deprehendisti, eamque iuxta modum supra allatam elaborasti, parabis transitum ad individua ubi tamen annotandum, proprie et rigorose loquendo, hanc non esse reductiorem Theſeos ad Hypothesin sed tantam revocationem speciei ad individua, licet utraque revocatio extra rigorem ab oratoribus confundatur.

Pars octava.
De
Similitudine.

Q: Quid est similitudo?

R: Est collatio duorum vel plurium inter se, propter aliquam convenientiam in aliquo tertio. ut: sicut aurum probatur in fornace; Ita justus in tribulatione. In quo exemplo aurum, et justus conferuntur inter se ob aliqualem convenientiam, quam habent in aliquo tertio, nimirum in probatione seu tentatione: quemadmodum enim aurum, an bonum, ac verum sit, probatur in igne, ita etiam justus, an verè justus sit tentatur ac probatur per tribulationes seu per persecutiones.

Q: Qua ratione argumentum ex hoc loco ducimus?

Q: Conferendo res inter se propter convenientiam, quam habent in aliquo tertio. ut in corpore, si eius modi est, quod reliquo corpore noceat, uti, ac fecari patimur membrum aliquod potius, quam totum corpus intereat: sic in reipublico corpore, ut totum saluum sit, quidquid est pestiferum an putabatur. ubi vides quomodo nos cum reipublico Administratores conferamus in hoc, quod quemadmodum hic in reipublico corpore, ita est nos in proprio ea, quae nociva sunt an putamus p.

Q: Quenam proferbitur regula formandi argumentum ex hoc loco?

Q: unica et quidem facillima, quod uni ex rebus inter se conferendis convenit, etiam alteri convenire ostendatur.

Q: Ad quid orator utitur similitudine?

Q: Potissimum ad declarandam argumentorum obscuritatem vel subtilitatem p.

Similitudo enim in tantum solummodo probat aliquid, in quantum illustrat, et declarat aliquam rem, atque hinc est etiam probabile inventum ad faciendam fidem, valetque ad persuadendum. unde merito

inter locos topicos numeratur; quia eo facilius inducimur ad aspersum alicuius rei, quo clarius eam in aliquo simili cognoscimus.

Est autem hic locus intrinsecus, non extrinsecus, ut: Galen. Masinius et alique contendunt. ratio huius est, quia convenientia propter quam duo res inter se conferuntur, est in ipsis rebus, in unaquaque nimirum particulariter et in adaequale.

Est enim in subiecto vel predicato propositionis illa pars similitudinis, quae per se a se natura sua connexionem habet cum re altera, à qua similitudo ducitur; cum unum simile essentialiter et per se respiciat alterum necesse sit simile per aliud.

Q. habetne similitudo multam roboris ad faciendam fidem?

R. omnium locorum, de quibus argumenta ducimus, nulli fere minus est quam similitudini. ad imperitam vero multitudinem, quae fronte sequitur, docilemque se probat nullus est accommodatio.

Q. unde similitudines eruantur?

R. Ex tota rerum universitate. Cogitandum igitur est, quoniam ex istis rebus, de qua agitur, habeat convenientiam, ut: si vis v. g. explicare,

quantum breve, levèq; verbum fope nocuerit, inquirere, quidnam ex alijs reb; pariter levib; eiusmodi verbo converiat, quò ad effectum; Et reperies, quod v: g: parva et contempta scintilla quò fope magnum excitavit incendium, non exiguam cum illo habet convenientiam. unde formaliter hoc similitudo, sicut parva scintilla fope magnum excitavit incendium. sic breve quandoq; verbum ingens excitavit bellum, integras domos, familias et urbes exinxit. &c.

Q: quot modis similia solent efferi?

R: varijs. Primus tamen et comunissim; modus est, quo res una per prothesin in comparationem adducitur, et tum huic altera, de qua questio est, per abodosin annexitur; promissis tamen utroq; tam in prothesi quàm abodosi requisitis particulis similitudinem notantib;. pro: Si igitur in qua ab uno simili ducitur argumentum ad alterum, reponitur quemadmodum sicut, velut, &c. Abodosi vero, in qua ad aliud simile progredimur, illudq; absolviq; promittitur non secus, haud aliter

Ita, sic pari pacto, eundem in modum q. ut: sicut
sol eminet inter sidera, ita auram inter Metalla.
Q. debentne semper in usu similitudinis eiusmodi par-
ticulae adhiberi.

R. quod non possunt enim pro libitu in prothesi
aut abodofe nonnunquam omitti, et tunc erit simili-
tudo imperfecta. ut dum dicitur: vorax es ut lupo.
stupidus es ut asinus. p. quod idem est implicite
ac si diceret: quemadmodum lupo, ita et tu vorax
es: imo solent n. raro similitudines ita contrahi, ut nul-
lo appareant particulae denotantes similitudinem
sed solum lateant, et sub intelligantur, quod fit dum
dicitur v. g. militia est vita hominis super terram.
quo propterea etiam similitudo implicita, et occulta
nuncupatur, ex prepa ita erim sonaret:

Quemadmodum militis, ita etiam in hac vita contra
hostiles impetus dimicandum et pugnandum est.

Quomodo autem deinde, omisso his particulae simi-
litudo differat à Metaphora dicitur alibi. Porro
alios modos affirmandi similitudinem, videre licet
suis in locis, ubi de christa et oratione.

Q. an non etiam alia ad similitudinem revocantur?

R. quod sic, videlicet fabulae, parabola, symbola,

implemata, hieroglyphica, ut protegs omnia veritatem aliquam representant in similitudine tanquam in speculo vel imagine, occulta interim vel expressa applicatione per Lemma. v. g. seu per inscriptionem aut affabulationem.

Q: quidem deniq; cavendum circa similitudines.

R: ut non sunt nimis viles, et le viculo, ne contempta et nauseant creent, nec nimis prolixæ, et multone Auditorum defatigent.

Pars gna. De Dissimilitudine.

Q: quid est dissimilitudo?

R: quemadmodum similitudo (ut dicemus) est collatio duorum vel plurium inter se ob convenientiam in aliquo tertio, ita è diverso dissimilitudo est collatio duorum vel plurium ob inconvenientiam, quam habent inter se in duob; vel plurib; tertis, hoc est, in affectionib; qualitativib; proprietativib; aliisq; predicabilis tam essentialib; quam accidentalib;.

Q: Quomodo ex hoc loco argumenta eruiuntur?

R: Conferendo et adducendo duos vel plures res

Disconverientes in duobus aut pluribus testibus simulque
exinde aliquam veritatem vel saltem aliquam veri-
similitudinem inferendo, ut: Grammaticus oratorum
plures in sua oratione potest omittere et negligere:
orator igitur eas in oratione adhibere necesse est.
ubi vides, quod grammaticus et orator in vicem con-
ferantur. Disconverientes in his testibus, quod vi-
delicet non debeat attendere ad oratum in sua dic-
tione: quod est primum testium: iste vero debet
attendere, quod est alterum testium, simulque ipsa
illatio et conclusio.

Q: debetne semper in usa dissimilium fieri aliqua
illatio?

Q: quod non fortissimè enim res dissimiles sibi invid
tantum aponuntur, omnia omni illatione saltem expressa
prodicando de singulis diversas ipsarum effectiones. p.
in quibus disconverunt. quemadmodum Tullig in illa
pro Murena juris consultum supplicium Imperatorum
dissimilem ex dissimili probat ex simili utriusque
Audis, ait vigilas tu de nocte ut quis Consultoribus
respondeas; Ille, ut, quo interdicit, mature cum exer-
citu perveniat. de Gallorum illum Evacuationem can-

bus exsuscitat. Tu actionem instituis; ille aciem instruit. Tu caves, ne tui consultores, ille ne urbs aut castra capiantur. ille tenet et fit ut hostium corpus, tu, ut aquo pluvio arceantur. ille exercitus est in propagandis finibus, tu in regendis.

Q: qua ratione dissimilitudo instituitur et conficitur?

Q: Concipiendo duas vel plures res, earumque affectiones et qualitates, q. ab affectionibus et qualitatibus rei, de qua quaestio est, diversas, tum illas in unaqueque predicandum ut in exemplo primum abato, et porro in sequenti videre licet. vis. v: q. hominem de rebus suis minime prospicientem confundere per dissimile.

Jam indaga, nam aliud quisquam in rerum natura invenias, quod rebus suis optime consulit, et reperies v: q. formicam dicendo igitur: formica rebus suis optime consulit, et homo de suis minime prospicit. vel illative: igitur homo suas n̄ debet negligere. Dissimilitudinem absolvisti. Atque hoc intelligendum est de innumeris aliis dissimilibus quod ad hunc modum per quam facile sine

numero conficere poteris .

Q: quonam alteris proscribitur regula in dissimilibus universim observanda?

Q: hoc praecipue, ut: quod uni ex dissimilibus convenit alteri non convenire ostendatur .

Sic Cic: Philip: 10: populum Romanum non esse patientem servituti, etiamsi reliqua partes eam suscipiant, à dissimilibus quiritur moribus probat hunc in modum: omnes nationes servitutem ferre possunt, nostra civitas non potest; nec ullam aliam ob causam nisi quod ille laborem doloremque faciunt quibus ut careant, omnino perpeti possunt. nota à Majoribus instituta, atque imbuti sumus, ut omnia consilia atque facta ad virtutem et dignitatem referamus.

En quàm eleganter etiam hoc in exemplo Romano eloquentis princeps utique dissimilium membro sua subjungat rationem .

Q: quod modis dissimilia solent efferi?

Q: variis ad instar similitum. quemadmodum autem ista potissimum per particulas similitudinem desolantes, ut supra videmus offerantur, ita è diverso dissimilia plerumque pronuntiansi solent per par-

diculas, ut vocaret, aduersativas, cuius modi sunt: at,
aff, verum, verd, sed, aliter, secus, contra p. aut per
alias formulas, quae quoad sensum his particulis aequivalent.
ut longe aliter, seu diverso profus modo res se habet,
longe differ est oratio.

Veluti autem in dissimilitudine praedicta particula non
raro cum ornatu ornantur, ita etiam isto omitti pos-
sunt, ac solent nonnunquam in dissimilitudine. Quare
non minus bene dices: corpus ornat Episcopi ac purpura,
anima turpit Colthalis roxo vetatur uligine:

Ac si apodofis particulam aliquam aduersativam refigeres
v. g. contra vel anima verd p.

Q: ad quid conducit usus dissimilium?

R: praecipue ad confundendum, exprobandum irribendum
iocandum. p. Item ad inculcandam obligationem quae
alicui vi muneris aut alio ex titulo incumbit ut vi-
dere est, in loco subij supra aducto, nec non in abata
dissimilitudine formicam inter et improvidum homi-
nem vel maxime enim hoc et similia movere solent;
praesertim si tam prothesis quam apodofis suscipit per
enumerationem vel per effectus p. diducuntur, inque
sua membra dividuntur ita, ut cuius membro con-
tinere aliud contra positum subijciatur: nam hoc

modo instructa dissimilitudo ignis stringit, surgit, et
convincit. quamquam nihilominus etiam multi prius soleant
elaborare tantam prothesin, et eadem postea subiungere
suam apodofin.

Q. an non etiam dissimilitudo nonnunquam eleganter
annectitur similitudini.

R. omnino fieri potest, si prius similitudo aper-
ta et perfecta sit: id est cum suis particulis sicut, ita per
aut imperfecta sit: id est omnis particularis permissus,
et postea iisdem in rebus, quas per similitudinem inter
se conferimus, disconvenientia aliqua ostendatur.
sit exemplum ab homine abstracto desumptum. ut ani-
ma rationis expecta telo mortis occumbere fingit,
aliqua quidem maturis, alia feris, ita parcarum
falo, et libidinis ferro subiaccit, quod quod ratione
prodicto sunt animantes; unum enim interitus est
hominis ac iumentorum: illud tamen in utriusque mori-
entibus est discrimen, quod illa occumbant, sed ut
post mortem nihil eorum supersit amplius, quod vivat
corpore patreginem. ac cineres sub earte sit. En dissi-
militudines annece prothesin: at hominis anima
etiam post fata ac cineres agit superstes confor aut

felicis aut infelicis eternitatis. En eig apodosis.
 unde colliges ea, quod fundant dissimilitudinem in
 quibusdam rationibus et predicatis diversis, ob aliam
 rationem etiam evolvere similitudinem, differt nihi-
 lomino dissimilitudo à specie; cum hoc per genus et
 differentiam, quibus constat, tam conscientiam quam
 disconvenientiam cum aliis solummodo involvat
 implicite tacite et occulte. uti vox homo, quod
 secundum suam significationem est species, nihil
 expresse dicit, cum quo conveniat, aut disconveni-
 -at.

Contra dissimilitudo quamvis quidem convenientiam
 veluti species, implicite importet, disconvenientiam
 tamen cum aliis per particulas adversativas: quod
 si non re ipsa adhibentur, saltem facile subintelli-
 guntur: aperte et explicite ostendat, quemadmodum
 etiam differt à similitudine, quia hanc solum im-
 plicite involvit, nullius modo exprimit.

Pars 10^a.
 De
Contrariis.

Q: Quoniam sunt contraria et opposita?

R: Generatim Loquendo sunt ea, quae eidem rei circa idem simul, et pro eodem tempore convenire non possunt. ut. v. g. Barieti non potest convenire, quod fit simul pro eodem tempore in eadem parte niger et albus.

Q: quotuplicia sunt contraria?

R: quadruplicia, adversa videlicet, relativa, privantia, et negantia.

Q: quoniam dicuntur adversa?

R: Illa, quae sub eodem genere posita plurimum discrepant, ita tamen ut utrumque eorum sit aliquid positivum seu reale et physicum; veluti Albedo, et Nigredo, quae sub eodem genere comprehenduntur, nempe sub colore in genere item amor, et odium sub affectu .s.

Q: quid sint relativa?

R: sunt ea, quae ex essentia sua ad invicem ducunt, respectum aliquem seu relationem, ita ut unum sine altero nequeat intelligi. veluti Pater et filius; Pater enim non potest concipi sine filio, nec filius sine respectu ad Patrem, quia Pater ex essentia sua et in conceptu suo est is, quid generavit filium, et filius

qui generatq à Patre est. Quare ambo ex relativis
 debent esse, vel saltem faise aliquid positum, simulq
 existere, vel saltem existitise in rerum natura, quin
 tamen possunt esse, simul in eodem subiecto sub eodẽ
 respectu ex quo factis patet, quomodo relativa, sibi in-
 vicem opponantur, et ab adversis differuntur. Dixit
 tamen, sub eodem respectu; quia sub diverso respectu
 seu consideratione potest, quis simul esse simulq,
 qui est Doming, et Professor, qui est Discipulq, nam
 potestis, qui est Doming respectu suorum Auditorum
 esse servus respectu Imperatoris vel Regis. et is, qui
 est Discipulus in Theologia, potest esse Professor in
 Rhetorica.

Q: quod vocantur privantia?

A: Ea sunt, quorum unum vel formam aut habitam
 seu potentiam aliquam significat, alteram eiusdem
 formæ, vel habitq aut potentie privationem in sub-
 iecto capaci, ut visus, et cocidas. ex quo colliges
 unum illorum esse aliquid positivum Physicum, et
 reale, alteram verò privativum seu nihil.

Q: quodnam deniqs appellantur negantia?

Q: Illa, quorum unum de eodem negat id, quod alterum affirmat. seu: quod idem est dicere: negantia sunt duo propositiones, quarum unam de eodem negat id, et eodem modo, quam et quomodo altera affirmat. ut: Marcellus est diligens: Marcellus non est diligens. ubi notandum, negantia à privantibus per hoc differre, quia hoc requirunt subiectum in quo recipiantur. quare subiectum non requirunt à negantibus, utpote quo se invicem excludant è rerum natura tantum, et non est subiecto, ut: esse finem, non esse finem.

Q: quomodo ducitur argumentum ab adversis?

Q: Affirmando unum, et hoc ipso in illatione negando alterum ei oppositum. ut: album est, ergo non est nigrum. dico: affirmando unum: quia uno negato, non eo ipso inferri potest alterum, si inter illa detur medium, cuiusmodi datur in adversis. unde non bene concludo. non est album: ergo est nigrum. potest enim esse flavum vel ceruleum aut alterius coloris.

Q: quomodo argumentamur à relatis?

Q: affirmando unum, et hoc ipso in ferendo alterum. vel viceversa negando unum, et hoc ipso illative negando alterum. ut: Pater est: ergo habet filium.

vel non est pater; ergo neque habet filium.

R: qua ratione conficitur, argumentum à negantibus,
plurimum à privantibus, quod non habet medium.

R: affirmando unum et hoc ipso in illatione negando
eius oppositum. vel vicifrem: negando unum, et hoc
ipso in illatione affirmando eius oppositum, ut à pri-
vantibus immediatis, mortuus est: Ergo non vivit:
vel vivit: ergo non mortuus est.

à negantibus. Marcellus existit: ergo falsum est
quodnam existat. vel non existit. ergo falsum est
quod existat.

Hic vero argumentandi modus, ita procedit; quia
inter privantia immediata, et negantia non datur
medium quale tamen datur inter adversa. Dico:
inter privantia immediata seu talia, inter quo non
est possibile aliquod medium, à privantibus enim
medialis seu talibus, inter quo datur medium argu-
mentamus eodem modo, quomodo argumentum du-
cimur ab adversis, quemadmodum immediata à ne-
gantibus solum per hoc, quia privantia ex natura
sua exigunt subjectum, in quo recipiuntur, quale
non exigunt negantia utpote quod se tantum ex hac

rerum universitate excludunt, et precise simultaneam sui existentiam non compatiuntur. Nihilominus tamen ad discrepantiam tam privantiam immediatam ac negantibus seu contra dicentibus, quam privantiam mediatorum ab adversis seu contrariis non multum attenditur ab oratore, quia sicut in illis duobus modis argumentandi non idem, ita etiam in istis est idem. unde sicut privantia immediata à Philosophis vocatur contra dictoria Physica seu realia, quorum contradictio et implicatio seu tenet inter rem et non rem: negantia vero ab illis dicuntur contra dictoria formalia, eo quod horum implicatio non modo se tenet inter rem et non rem, sed insuper in intellectu, ut pole à quo formantur afirmando scilicet et negando: sic etiam extra rigorem privantia mediata appellantur contraria seu diversa.

Q: Ad quid utuntur oratores his locis?

Q: Ad hoc, ut aliena destruendo, ac refutando suam sententiam destruant; quia oppositorum refutatio est proprium solita demonstratio.

Q: quomodo denique solent adhiberi predicata opposita extra argumentationem?

Q: Cuiusmodi predicato opposito aliud subijciendo,

ita quidem, ut vel verbum verbo contra dicat aut con-
trarietur. ut: ex hac parte pudor pugnat, illi pe-
dulantia, hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas,
illinc scelus. &c.

vel Secundo singulis membris membra opposita respon-
deant. ut: olim in desertas solitudines Christiani
se se conferebant ad comprecandum: nunc ex agris
in urbes frequentes comigrant ad comepandum:
olim egenarum inopis erogatis facultatibusq; servie-
bant; nunc detractis per neq; tenuiorum ex urvis
locupletati dominantur.

vel denique Tertio ut periodus periodo opponatur. ut:
sapientia, urbium regnorum triumphatrix, adeo omni-
um amorem excitat et conciliat: ut ipsas et belluas sa-
pientibus applaudere, ipsorum doctrinam atq; erudi-
tionem admirare dicas, contra vero voci rerum
humaniq; generis dedecq; ac labes, in scitia, omnium
risus Behinorq; ad se trahit, ut ipsa etiam bruta
rationis expertia ignarum hominem, seu meliq; stipi-
dem iure quidem optimo contemnere videantur.
Ceteri forti. hic tamen notabis prodicta opposita,
si de duob; vel plurib; distinctis reb; hinc in modum

effertur, non differre à dissimilibz, proindeq; non spectare proprie ad locum oppositorum, sed ad locum dissimilitudinis ex qua proinde responsione vides, unde et è quibz locis materia pro formanda dissimilitudine fit defumenda.

Pars IIcima.

DE
Adjunctis.

Q: Quonam dicantur adjuncta?

Q: Ea, quæ cum persona aut re aliqua non necessaria conjuncta sunt.

vulgo vocari solent circumstantie, eo quod personæ ad rem aliquam quasi circumstant, velut famuli Domini. Item ab aliis indignantur accidentia; quia rei aut personæ solum accidunt, non quidem necessario se casu quasi et contingenter. quare possunt abesse vel adesse, quin res aut persona, saltem formaliter, seu secundum conceptam suam qualitativum sive definitivum pereat, aut destruat.

Q: quotuplicis generis sunt adjuncta?

Q: triplicia: nimirum antecedentia, comitantia, et consequentia.

Antecedentia sunt, quae rem aliquam procedant. huiusmodi sunt omnes dispositiones. v. g. ad eadem, ad vindictam. &c.

Comittantia, quae rem comittantur. ut locus, tempus, occasio, modus, instrumentum &c.

Consequentia, quae rem sequuntur. ut pavor, incensus, tribulatio, accusatio, hospitatio, confessio, poena publica. &c. post commissum homicidium. &c.

ubi tamen notandum, quod, dum hoc in loco adiuraba in antecedentia et consequentia divido, non ea intelligam, quae necessaria sed solum illa, quae, ut praedixi, quasi casu et contingenter rem aliquam antecedunt, vel consequuntur. quae enim necessaria procedunt aut consequuntur, non ad hanc, sed ad consequentem locum pertinent.

Q: quoduplicia sunt adjuncta personarum?

Q: Pariter triplicia. alia enim sunt adiuncta animi, et interna vocantur, ut virtutes, artes, scientiae &c. et quae his opponantur. alia vero corporis, ut sunt forma, vires, valetudo. &c. alia denique sunt externa, quae quidem neque corporis nec animo insunt, sed tamen personis competant, et attribuantur, veluti sunt divitiae, dignitates, officia,

aliq̄s huiusmodi. Item genus, natio, sexus, etas, p.
de quibz infra.

Q: qua ratione ex hoc loco ducing argumentum?

R: Ponendo antecedenti plura adjuncta, ut, si unū
fallat aut ad probandum non sufficiat aliā adiuvent,
et tū in consequenti in ferendo aliquid quod cum
iis connexionem aliquam, aut convenientiam habet.
Marcellus visus est nocte prociatus gladio, posse
minatus est morio occiso ex paluit cum accusare
dur instabilis est in respondendo deprehensus, fuit
eo ipso in loco, ubi morio occisus est. Ergo vide-
tur eam occidisse.

Dixi ponendo in antecedenti plura adjuncta, quia
ex uno vel altero tantum vix unquam aliquid conclu-
di potest, uti in allato exemplo ex eo laudatur, quod
Marcellus visus sit nocte cum gladio male inferre,
Morium ab eo fuisse occisum. p.

Q: quot sunt fontes seu loci speciales, ex quibz adjunc-
ta tam personalia quam realia deponantur.

R: si in oratione pro ferenda est aliqua oratio vel
factum vel quasi factum tam exopto circumstantiis
erui debent, quod sequenti continentur versiculo.

Cuius, quid ubi, quē circum, quocum, Cui, quomodo, quando,

quibuscum Emanuel Thesaurus adhuc duas alias sub-
jungens, nempe qualis et quantus, ut potest ex profiti-
onem facti vel quasi facti miram in modum animant,
exornantq̃.

Q: quid significat denotant ista particula inter-
rogativa.

R: Particula, quis denotat personam agentem et pa-
tientem v. g. Movium homicidam et Marcellam
ab eo occisam.

Quo significat actionem factam v. g. occidi et occidere,
tibi indicat, quo in loco factam occiderit. v. g. in hac
vel illa urbis platea. p.

Quocum indagat, quo vel quibus instrumentis aliquid
factum fuerit. v. g. an gladio sclopeto, baculo, cultro,
focari, veneno. p.

Quemcum investigat, cum qua aut quibuscum personis
aliquis fuerit agens exempli gratia cum Patronibus
amicis Ministris. p. aut patientis. e. g. cum uxore filio,
ferro. p.

Cui telegit causam veralem actionis aut facti, id est,
finem ob quem aliquid gestum aut factum est, Item
causam impulsivam seu motivam, quod ad hoc vel illud
faciendum impulit, et movit, cuiusmodi v. g. est

cupiditas pecunio. causa vero finalis vel finis ordinariæ est vel honestas, utilitas, necessitas, aut voluptas alicuius objecti, vel ea, quæ his opponuntur.

Quomodo. Manifestat modum quo res gesta est, an nimis facile, vel tarde? an cum plausu vel luctu p. l. adeoque hæc particula comprehendit intentionem, contemtionem, ac conatum in agendo, quare si E: g. describenda sit eedes quæ res ex hoc loco, an homicida etiam unguis injecerit? an post mortem in cadavere forvicit, illud discerpserit, aut canibus dilacerandum objecerit?

Quando. designat tempus quo actio facta est, an videlicet die festo vel profano die an nocte, mane vel vesperi l. servit proinde hic locus vel maxime ad laudandum, vituperandum, et probandum.

Ad laudandum E: g. Marcellus dies noctesque fere integras impendit studiis ut optatum inde fructum cito referat. ad vituperandum E: g. Mosiq. à sumo mane usque in foracanoctem in hospitibus helleuat, et debachatur; vix hora est in anno, qua sui compos, crapulæque solutus halat. ad probandum E: g. eadem hora Tarquineus visus est armatus furibundus. qua eedes

Symphonij facta est ergo codis suspitionem non eva-
dit.
verum, ut supra dixi, si ex hoc loco factum aliquod
probare contendis, plura semper adjuncta conglo-
banda sunt.

Qualis. vagatur ferme per omnia adjuncta et cir-
cumstantias, easque qualificat, hoc est, apta illis epi-
teta exhibuit. E.g: quando die et ubi loco sacro

^{quis} Titius crudelis cum ^{quibusdam} sceleratissimis quibusdam sociis,
Innocentem Symphonium ^{cap} ex solo in fratrem eius odio,
^{quocum} nodosis fustibus ^{quomodo} miserime tractarunt.

quantus denique in circumstantias aut augeat vel mi-
nuat. ut. ex imensa et insatiabili non morum cupi-
ditate. ob levem; imo minimam injuriam. p.

Pars 12:ima.

De

Antecedentibus et Consequentibus.

Q: quonam dicuntur antecedentia?

R: Ea, quae rem sequentem necessario antecedant. ut
pueritia adolescentiam; matrem vulgus in corde.

Quonam sunt consequentia?

R: quae rem antecedentem necessario consequantur. ut

Adolescentia pueritiam; nars vulng in corde ?

Q. quoduplicia sunt antecedentia ?

R. Duplicia : alia naturalia et alia illativa .

Naturalia dicuntur, quod rem aliquam tempore vel natura procedunt. ut sol. lucem, aurora diem .
Contra illativa vocatur, quod in argumentatione sunt priora, et naturaliter posteriora. ut arbor fructu tulit: ergo etiam floruit .

Q. quoduplicis generis sunt consequentia ?

R. Pariter duplicis, natura videlicet, et illationis.

Primi generis sunt, quod rem aliquam tempore vel natura consequuntur. ut lux ortum solis.

Secundi generis vero sunt, quod in argumentatione sunt posteriora, et tempore tantum aut natura priora ut: lux est: ergo sol ortus est.

Q. quando ex his locis argumentamus ?

R. affirmando, et ponendo eius modi antecedens, ex quo necessario fuit consequens. vel negando tale consequens, ex quo necessario etiam negari debet antecedens. ut: sol ortus est: ergo est dies. aut: non est dies: ergo neque sol ortus est.

Q. An non ex uno antecedente nonnunquam plura

inferre possunt. consequentia?

R: omnino. habebitq; dum iste argumentandi modus
magram vim, si ea, quae ex antecedente sequuntur, per
aliquam insignem figuram sententiarum.

Q: An non etiam pariter è diverso ex plusib; antece-
dentib; unam nonnunquam inferre liceat consequens?

R: Etiam huic argumentationi non minus suam neces-
-se vim. ut ostendi potest in eo, qui peccata de die in
diem accumulatur; qui de praeo nato naturae instinctibus
solum obtemperat; qui seriam poenitentiam parvi pen-
det, semperq; procrastinat; qui proborum consilia aut
omnino non audit, aut audita habet contemptui; qui pro
impetrando felici fine nec Deum nec colitum opem
imploret. & ex quib; utiq; omnib; ^{non} nisi mors mala
sequi potest.

Q: Ad quid potissimum hic locus in oratione conducit?

R: Maxime ad valide per urgendum. ut: è taberna
refuses exire, et te in ea haurire inficiari audeas? mul-
ta nomina in mercatorum, cauponumq; officinis con-
straxisti, et te debitorem esse neges. &c.

Pars 13^a.

De
Repugnantib;.

Q: Quoniam sunt repugnantia?

R: Ea, quae in eodem et respectu eiusdem simul esse nequeant, ⁱⁿ quidem ratione propter se re sui, sed ratione unig ex contrariis, seu clarig.

Repugnantia sunt unum ex contrariis et alterij contrarij effectus aut consequentia. ut amare, et iniuriis afficere, nocere, imprecari, aliâq; plura, quae provenire solent ex odio, quod est amori contrariam.

Q: quomodo repugnantia sunt invenienda?

R: Accipe duo contraria, tam vide, quales effectus unum ex istis habeat, aut aliquo modo producere possit.

Dehinc eos collige, iungeq; cum altera re contrariis, et habebis repugnantia. Sic modestas et imodestas sunt contraria; iam quare, quod soleat facere imodestus, et ea oppone modesto. Ex. g. à cunctis modestus haberi capis, et tamen circumfers oculos in templo in compitis. p. clamose clachinatis, brachia seminantis ad instar, hinc. inde jactas. y.

Q: Ver quid locq differt à contrariis?

R: Ver hoc, quod repugnantia neq; certa lege, neq; certo numero inter se dissident sicut contraria. n̄ certa lege; quia repugnantia n̄ per se, seu per positionem sui; ut sit in contrariis; / sibi invicem immediate opponantur,

hoc est, se invicem in eodem subjecto excludunt, sed per
 positionem alterius ex contrariis: nam unum repugnans
 non tollit, et repellit alterum, nisi sublato prius contra-
 rio per aliud contrarium. Sic rigor digitorum, et mem-
 brorum, rubor faciei .p. non tolluntur per callorem,
 nisi prius ab hoc depellatur frigus, cui tanquam causa
 hi similisq; effectus attribuantur.

Non certo numero: quia non repugnantibus non duobus tantum,
 sed semper plura sunt, quae sibi invicem opponuntur,
 a mori enim non solum repugnat convitiare, caluminari,
 sed et detrudere, timere, iudicare, fraari, dep

Q. Per quid repugnantia differunt à similibus?

R. Per hoc, quod repugnantia se simul in uno eodemq;
 subjecto non compatiantur, sed, ut dictum, per positionem
 unius ex contrariis se invicem excludunt. quod non fit in
 dissimilitudinibus, utpote, quae non in uno, sed in diversis
 subjectis ex natura sua simul et pro eodem tempore ex-
 istere debent, quantumvis sibi repugnare videantur.

Q. quomodo ex hoc loco ducimus argumentum?

R. affirmando in antecedente unum ex repugnantibus,
 et hoc ipso in consequente negando alterum ut: constans
 et haec quoque inviolata amicitia M. et M. inter A. et Marcellum
 è multis iudiciis satis certo probari potest: Ergo non est cre-

dibile, quod unus alteri nocuerit, convitiis profuderit, p.
 Dixi affirmando unam ex repugnantibus in antecedenti: qui
 unum regardo n̄ potest inferri alterum, n̄ enim sequitur
 eum n̄ credit, n̄ afficit injuriis, n̄ insectatur, p. ergo eum
 amat; cum quis utrumque possit amittere.

Q. quid ultra in hoc argumentandi genere attendendum?

R. An ea, quod videntur repugnare uni, verè proveniant
 ab altero ex contrariis? si enim aliunde orientur, argu-
 menta inde deducta fallerent. uti facit hoc. Mater
 castigat filiam verbis durioribus corrigit, verberibusq;
 excipit, eiq; minatur, indignatur, p. ergo eum n̄ amat,
 cum hoc omnia possit facere ex amore, et n̄ ex odio.

Q. quando nam argumenta à repugnantibus in oratione
 habent locum?

R. Patissimum, quando volumus convincere, arguere,
 urgere, pungere, p. ut: sobriam te dicis, An unquam es
 sine cantharo in ore, sine vestigine in capite, sine
 hesitatione in lingua, sine trepitatione in pedibus, p.

Pars 14ta.

de

Causis.

Q. quid est causa?

R. juxta Ciceronem causa est id, quod sua vi aliquid

efficit. ab aliis vero definitur, quod fit id, à cuius virtute aliquid quomodocumque procedit. Item quod fit id, ex quo, vel in quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit.

ubi circa definitionem Tullij notabis, quod in ea loquitur, non stricte accipiatur sed laxè tantum, in quo sensu, ut idem significat ac, facit ad esse rei, videlicet vel dando, vel constituendo, vel recipiendo esse, vel saltem ad illud dirigendo, aut movendo.

Q: quæ causa ab oratoribus solent considerari?

R: quatuor. nimirum materialis, formalis, efficiens, et finalis.

Q: quid est causa materialis?

R: Est materia, ex qua, vel in qua, vel circa quam aliquid fit. Sic causa materialis statui est lignum vel marmor, ex quo factum est. causa materialis imaginis est tela, in qua depicta est. materia carminis est loquax v. g. moenatis, circa quam carmen versatur.

Q: quomodo causam materiale[m] cognoscimus?

R: Nos ipsos interrogando, ex qua, vel in qua materia aliquid fiat, aut factum sit, v. g. an vel ex in ore, ita circa quam materia sive obiectum aliqua potentia Scientia, ass. p. cum suis artibus versetur.

Q: Quid est causa formalis?

R: Est forma seu ratio, per quam res quocumque distinguitur ab omni alia, quod non habet talem formam; sic anima est forma hominis, utpote quod sola est ratio, quod homo fit homo; et ab omni alio, quod non est homo differat.

Q: quotuplex est forma?

R: triplex. substantialis scilicet, accidentalis, et artificialis. Substantialis est illa pars compositi substantialis, quod est ratio constituens illud in aliqua determinata specie intus completi, seu per quam ipsa natura aliquid determinat, ut fit potius hoc et non aliud.

seu denique, quod ab ipsa natura in materiam intraducitur, ut compositum fit huius et non alterius speciei. qualis est e.g. forma ligni, lapidis, auri, argenti.

Forma accidentalis est, quod substantia solummodo accidit, neque ad eius naturam hoc est essentiam pertinet, ita, ut sine hac re totum quoad suum esse substantiale intelligi queat. sic color accidit parieti, rigor panno, utpote sine quibusdam parietis, quam pannus quoad substantiam concipi possunt. ad quod huc etiam revocabis illas formas, quod consistant in proprietatibus, qualis e.g. est, facultas ridendi in homine.

Artificialis denique dicitur, quod ab arte in materiam intro-

ducitur, ut forma calicis in aurum vel argentum. g. Estqz
proinde hoc forma ut plurimum in figura, hoc est, in
certo partium ordine ac dispositione sita.

Q: qua ratione cognoscimus alicui compositi formam,
seu causam formalem.

R: inquirendo, per quid aliquod compositum in hac
constituatur specie et non in alia? Item per quid hanc
dominationem habeat, et non aliam? per quid hoc nomen
habeat et non aliud? hoc enim, quod cum veritate respon-
deri potest, est ipsa forma, quod inquiritur. Sic forma
statuæ est id, per quod lignum hoc habet, ut sic et di-
catur statuæ, et non simpliciter lignum, sicut arbor.

Q: quid est causa efficiens?

R: quod sua vi, et virtute per influxum physicum
aliquid efficit. Sic pictor est causa efficiens imaginis,
architectus, palatii. g. atqz hoc causa cognoscitur per
interrogationem, quidnam hoc vel illud fecerit.

Q: quotuplex est causa efficiens?

R: multiplex. alia enim est creans, ut Deus. alia con-
servans, ut idem rerum omnium conservator. alia
generans, ut homo et cetera animalia. g. alia producentz,
ut sol lucem. alia destruens, ut grando segetes. alia deniqz

Adjuvans, quod una cum alia causa ad eandem effectam
Physico concurrat, ut equus una cum alia trahens
carrum.

Q. an non etiam ad causam efficientem reduci potest
causa moralis, quod solummodo in moraliter in effectam
influit?

R. omnino. Estque hoc pariter multiplicis generis,
videlicet permitterens, suadens, captans, cogens, im-
pediens, asserens.

Sic causa permitterens peccatorum, à liberis, famulis,
subditis conisporum, non raro sunt parentes, Domini,
Magistratq. p.

Suadens est illa, qui verbis ad peccata, vel virtutem
hortatur. Captans, qui beneficiis, promissis. q. ad
aliquid agendum allicit. Cogens, qui minis tormen-
tisve ad faciendū compellit. asserens, qui subsidia
operans ad aggrediendum prostat. Impediens deniq,
qui obstitit agenti, uti demon, & vitiosa natura
operantibus bonum.

Q. quid est causa finalis?

R. Est id, cuius gratiã aliquid fit. vel, si mavis,
Est causa intentionalis movens, ut fit.

Seu deniq; est id, quod ut cognitum movet ad talia media, quod ad ipsum finem obtinendum ordinata sunt. Sic sanitas v. g. ut cognita me movet ad sumendam medicinam tanquam medium, à cuius virtute, et operatione obtinere potest. Est igitur finis primus in intentione, et ultimus in executione seu consecutione; cognosciturq; per interrogationem quare seu ob quam causam, et in quem finem hoc vel illud fiat, aut factum sit.

Q: Aut duplex est finis?

R: Finis primo dividitur, in finem qui, et in finem cui: addunt alij et finem tertiam, nempe finem quo. finis qui est id, quod intenditur, per media obtinendum, uti pax per bellum.

finis cui est persona seu subjectum cui appetitur et subservit idud bonum, quod per media obtinere intenduntur. ut homo laxabilis quid per medicamenta sanitatem procurat.

Finis quo, est acquisitio seu conjunctio finis qui cum fine cui. ut conjunctio sanitatis cum homine.

porro si persona per finem potest acquirere aliquam perfectionem quam prius non habuit, tunc talis persona

Dicitur finis cui utilitatis. qualis est ille, qui per frequens studium magnam sibi comparavit doctrinam.

Si vero nullam amplius acquirere posset perfectionem, quam n iam habet, sed laudem solummodo et gloriam obtinere, tunc talis dicitur finis cui excellentis; et eiq modi finis respectu omnium creaturarum est. Bestes opting. maxime.

Dividitur etio. in finem operis seu intressecor. et in finem operantis seu extressecor. finis operis est, ad quem aliquod opq ex natura sua et per se tendit.

Finis operantis est, quem sibi operans profigit. in exemplo. finis odificationis est congrua habitatio. finis vero operantis et odificantis et e.g. lucrum et gloria.

Dividitur etio. in finem immediatum seu proximum et mediatum seu remotum. etio. in universalem et particularem. etio. in naturalem, et supernaturalem. etio. in primariam, et secundariam. etio. in ultimatum, et non ultimatum seu intermedium. non ultimatus est, qui propter suam bonitatem appetitur quidem per media, sed ita, ut et ipse appetatur propter aliud. ultimatus vero dicitur, qui ita appetitur per se,

ut ad aliam finem non ordinatur tanquam medium.
 At hic ultimus subdividitur in finem ultimum per se
 et ultimum per accidens.

Finis per se ultimus est, ad quem omnia ex natura sua
 ordinatur, et ipse non ordinatur ulterius qualis est
 solus Deus. ultimus per accidens est, bonum crea-
 tum, quod sibi ipsi aliquis tanquam finem et su-
 premum bonum constituit in illo quiescendo ut fuit
 Peccator.

Q: quomodo ex qua duplici hoc causarum genere
 argumentamur.

Q: A causa materiali seu materia ex qua et in qua
 argumentum ducimus, affirmando materiam esse pro-
 sentem, et consequenter aliquid ex vel in ea posse con-
 fici, modo cetera quae ad effectum requiruntur non
 desint.

vel negando materiam, et hoc ipso etiam effectum. ut:
 Sementa, lapides, calx, ligna. y. adsunt.

ergo domus constitui potest. vel non adsunt: ergo domus
 constitui nequit.

Sopig tamen oratores ex hoc loco sic argumentantur.
 Dicant in antecedente, ex qua materia res facta sit,
 et tum in consequente proprietates, aliqqs, quae ma-

desis conveniunt, effectui seu rei facto attribuunt;
 vel ab hac remouent, et negant, quod illi repugnant,
 aut non conveniunt. ut: Statua est ex auro conflata:
 igitur est magni pretij. Corpus humanum est terra
 factum est: ergo corruptioni est obnoxium: vasa
 habet tantum vitilia: ergo etiam vilem supellecti-
 lem. A causa materiali circa quam. quod a Philoso-
 phis objectum materiale dicitur, argumentatio
 instituitur, affirmando materiam adesse, ergo etiam
 potentiam habitum circa eam versari et per suos
 actus excurrere posse, vel non adesse materiam, et
 consequenter negs potentiam vel habitum. p. excus-
 sere posse. p. ut: egregia facta profficit. ergo
 inconiasti merito laudabitur vel laudatus fuit.
 vel: nihil boni unquam egit; ergo laudari minime
 poterit. à causa formali argumentamur affis-
 mando antecedente formam, et hoc ipso in consequen-
 ti in ferendo effectum formalem vel vicifsem ne-
 gando. p. p. ut: Marcellus habet animam rationis
 participem: ergo est homo.
 Similia non habet talem ergo non est homo.
 frequentig demen oratores ex hoc loco ita conclu-

dunt. in antecedente affirmant ea, quod formo conveni-
 unt; At tum in consequente hoc ipso per illationem
 effectui attribuunt; aut de hoc negant et remouent,
 quod illi repugnant, ut: Divitio non sunt summum
 bonum: ergo divitem esse non est optimum. Solida
 doctrina semper magni habetur: ergo et is, qui ea
 profulget. à causa efficiente. argumentatio pro-
 cedit vel affirmando, causam, si sit libera, esse pro-
 sentem, et quantum de se, ad agendum expeditam,
 atq; hoc ipso, modo cetera n̄ desint, in ferendo effec-
 tum posse produci, vel negando causam. y. et conse-
 quenter etiam illic effectum, licet cetera omnia
 adfint. ut: Pictor adest: ergo si alia non desunt, ima-
 go confici potest. vel: nullus pictor adest, ergo etiam
 si omnia reliqua profra sint, imago confici non po-
 test. Dixi: si sit libera; nam si causa est neces-
 saria, applicata et n̄ impedita effectus necessario sequi-
 debet. ut patet in igne aliisq; agentibus necessariis.
 Frequentior tamen argumentandi modus ex hoc loco
 sic instituitur, in antecedente ponitur causa, dici-
 turq; qualem effectum produxerit; At tum in conse-
 quente ea, quod causa conveniunt, accommodantur,

effectui; aut de hoc negantur, quo illi non conveniunt,
ut. liber hic est Aristotelis: et solido scientis prin-
cipiis nititur. opus est cuiusdam imperiti artificis:
igitur imperfectum. à causa finali argumentatio
fit proponendo in primis bonitatem finis, et dein
in ferendo dignam esse atq; moresi, ut à nobis ea
ponantur. Ad quod finis movet, ut fit et obtineatur,
ea vero ad quod movet, fuit deliberatio de medijs, et
si plura occurrant, meliorum selectio. rem unico osten-
dam exemplo.

Eloquentia est in utroq; statu et Ecclesiastico et Poli-
tico sume utilis et necessaria: ergo ut ad eam novus
orator scito pertingat, nec tempori, nec viribus
parcat; procepta artis oratoris probe percipiat,
memorijs imprimat; juxta hoc nullo non die suas
elucubraciones faciat; imitatione styli celebri-
ores ex oratorib; legat. p.

Q: Quem usum hō quatuor causas in oratione habent?
R: valde utilem et frequentem, tam inter aquam
extra argumentationē: nam in primis causa materialis
ex qua et in qua omnium optime servit ad comēdan-
dam, et ex tollendam aliquam rem, ob eiq; materid, ex

vel in qua facta est, prostantiam, ac excellentiam:
vel contra ob huius vilitatem ad eam vilipendendam

Agg.
Causa materialis circa quam plurimum valet ad exhor-
tandum excitandum ad hos vel illos actus eijciendos,
quales sunt actus virtutum. aut contra ad dehor-
tandam. p.

Causa formalis vel maxime conducit ad deprodican-
dam aliquam rem, ob eam, quam habet, formam elegan-
tiam. p. vel contra. p. quem in finem pariter multum
facit causa efficiens; Si enim hoc in operando fuerit
prostant, quis neget prostantiam effectus.

Causa finalis amplissimum vel laudandi vel vitu-
perandi campum aperit: nam qui sibi bonum finem
profigit, laude, qui vero malum, vituperio dignus
est.

Pro primis tamen hic locus aptissimus est, ad movendum,
excitandum, suadendum, et impellendum ad arripi-
enda talia media, quibus finis facillime obtineri potest.

Denique omnes quatuor causas simul optimè adhiben-
tur ad rem aliquam describendam, ex docendam. p.
ut: si exempli gratia aram quandam artificiosam,

et protiosam describere velles, eam optime extolleret
 à causa efficiente, dicendo, quam peritissimi arti-
 fices hi fuerint, qui operi tam perfecto manq admo-
 verunt. s. à causa materiali dicendo, quod sit con-
 fecta ex ingenti auri, argentiq; pondere. à causa
 formali, referendo miram talis operis elegantiam
 splendorem, ornatam, ac Majestatem. à finali di-
 cendo, eam in cultum Dei parò, aut alteriq; Sancti
 vel Sancti Guispe erectam.

Q: quomodo causa efficiens differt ab adjuncto quò:
 nem, ab antecedentib; cam etiam hoc causa semper
 necessario suum procedat effectum?

R: ab adjuncto quò per hoc differe; quia causa
 efficiens hic solum consideratur, in quantum produ-
 cit effectus permanentes et stables:

Adjunctum vero quò in quantum ponit actores transe-
 untes; licet negari n̄ possit, etiam illam esse re ipsa
 causam efficientem, quò ponit actionem transeuntem.
 Ab antecedentib; autem distinguitur; quia causa
 efficiens, quando curq; operatur semper in effectum
 influit, eius per actionem physicam suam esse tribuit,
 quod non fit in antecedentib; qua talib; seu in quantum

antecedentia sunt.

Sæpe enim aliqua res aliam procedit, quin in eam ut causa Physica influat eamque producat. Sic vita hominis necessario procedit eiq. mortem, & mors eam necessario sequitur, nec tamen effectus vite dici potest. Adeoque vides, quod quidem quodlibet causa efficiens sit antecedens respectu sui effectus, non vero quodlibet antecedens sit causa efficiens respectu sui consequentis.

Denique licet verum sit, quod causa procedat suum effectum, nihilominus, quando ex loco cause efficientis deducimus argumentum, non attendimus ad prioritatem quam habet respectu effectus, sed ad efficientiam illius, & ex ista concludimus:

Sicut dum argumentamur ab antecedente ad consequens, precise respiciamus illius precedentiam & ex hac inferimus consequens, licet forte antecedens respectu illius etiam sit causa efficiens.

Q. quomodo causa finalis ab adjuncto cur?

R. Per hoc differre; quia causa finalis pro inveniendis argumentis sub se continet omnem omnino rem, quod, ut finis movere potest, adeoque etiam omnes

96.

effectus stabiles et res permanentes; ad quas se non extendit adiantum causae, utpote cum hoc: ut suo loco diximus: solum consideretur cum ordine et respectu ad actiones transeuntes.

Pars ista.
De
Effectis.

Q: quid sunt effectus?

Q: sunt ea, quae ex causis oriuntur, sic lux est effectus solis, ut causa efficiendis. Sedam effectus pacis, ut causa finalis, calix aureus spectatus secundum materiam, ex qua consistit, est effectus auri, ut causa materialis; homo effectus animo rationalis ut causa formalis; quia hoc sola constituit hominem in se, hominis estque ratio, propter quam aliquis est, et dicitur homo et non aliquid aliud.

Ex hoc videtur, duplicis generis dari effectus, quod duplicis generis dantur causas.

Ubi tamen advertas velim, cum solummodo esse proprie effectum dictum, qui a causa efficiente per influxum physicum producitur: quemadmodum supra diximus, eam duntaxat proprie loquendo esse causam,

quo in effectum Physicè influat, eius factum esse tribui.
 Q: quomodo ex quadruplici hoc effectorum genere du-
 cimus argumenta?

R: Ab effectu causa materialis ex qua et in qua argu-
 mentamur, affirmando, rem esse factam, adeoque nec
 materiam nec aliquid aliud, quod ad eius effectum
 necessariam erat, defuisse. vel: non fuisse factam,
 et consequenter vel materiam et alia requisita de-
 fuisse. ut: domus fuit exstructa: ergo lapides
 comenta, calx, ligna &c. non defuerunt, nec etiã
 ji, qui tali edificio manus admovent. vel domus
 non fuit exstructa ergo vel materia, aut aliquid
 aliud ex requisitis deficiebat. nonnunquam ora-
 tores ex hoc fonte sic argumentantur.

In antecedente predicant de effectu quod materia
 conueniant; aut de effectu negant, quod illi repug-
 nant vel non conueniant, et tunc in consequente per
 illationem ad materiam descendunt. ut: corpus hu-
 manum est corruptioni obnoxium, ergo ex materia
 corruptibili consistat necesse est. Item: in statua
 quemvis ferme propter materiam nihil consideretur,

Urgentis tamen estimantur, prolij ergo ex auro, vel argento consistere debet.

Pro effecta causa materialis circa quam argumentatio procedit, dicendo, potentiam habitum, actus suos consequenter etiam adfuisse objectum circa quod ita versari potuit. vel: actus suos potuisse, eo quod objectum non habuerit. uti de furem principem merito laudavit: ergo pro etiam tanta talibus prostitit, quod laudem mereatur. vel: non potuit laudari: ergo nihil boni egit.

Ab effectu causa formalis argumentamur, affirmando in antecedente effectum formalem et in consequente in ferendo formam. vel negando p. q.

Sopius ex hoc loco oratores ita concludere solent, in antecedente attribuunt effectui formali, quod forma conveniunt, et in consequente hoc ipsa per illationem de forma predicant. vel: de effectu negant, et remouent, quod forma repugnant. ut: diuitem esse non est optimum. Ergo diuitis non sunt summi bonum. Solide docet semper est magni habendū: ergo etiam solida doctrina.

Ab effectu causa efficiens argumentatio institui-

tur, dicendo, effectum fuisse positum, et hoc ipso causam
influxisse. vel: non fuisse positum, adeoque nec causam
influxisse. ut: imago fuit depicta: ergo fuit, qui
illam depinxit. vel: non fuit depicta, ergo neq; qui
tabulo admovent.

Alio insuper argumentationes ex hoc loco sic efforman-
tur in antecedente tribuuntur defectui, quod causa
conveniunt, et in consequente inferitur causa, saltem
aliqua indeterminata, quod illum produxit. ubi: hic
liber solidam doctrinam continet: ergo opus est ali-
cuiq; magni, et profundi Doctoris.

Ad effectum causae finalis argumentatio conficitur, di-
cendo, certa, et debita media adhiberi adeoque finem
ad ea efficaciter movere, vel n̄ adhiberi, et conse-
quenter nec finem efficaciter movere. ut: medicina
sumitur: ergo sanitas recuperanda efficaciter mo-
vet. vel non sumitur: ergo nec pp.

Q. Ad quid conducunt argumenta ab effectis pe-
dita?

R. Ad commendandam causam eiq;que virtutem, effi-
cacious, fecunditatem, et profectum extollendam.
vel contra pp.

Auare etiam hic proclarissimus locus sœpius usurpatus
ab oratoribus, quàm locus à causis.

Præcipue tamen effecta multam ad rem faciunt, vari-
orq; animi motus excitant, aut deprimunt, si coacer-
vantur, membratimq; vel cõsue vibrantur.

Q. Per quid locus ab effectis causa efficiens differat ab
adjuncto quid. Item à consequentibus, utpote etiam
hic effectus non minis necessario sequantur suam causam.

R. ab adjuncto quid per hoc differre iquia locus ab effectis
causa efficiens sub se continet omnes effectus stabi-
les, et permanentes: adjunctum vero quid solummodo
actiones transeuntes.

Deniq; à consequentibus distinguitur; iquia effectus isti,
ut existant, necessario esse suum accipere debent à sua
causa influxum physicum, quod nõ requiritur in con-
sequentibus, qua talibus seu in quantum consequentia
sunt. Sœpi enim unum necessario sequitur alterud
quin tamen ab eo esse suum accipiat. ut mors sequitur
vitam de rebus læcæ.

Atq; hinc cum argumentamur ab effectis ad causam effi-
cientem, solum attendimus ad respectum, quem quilibet
talis effectus ratione dependentis dicit ad suam causam;
et propter hunc de in causam ipsam inferimus.

Dum contra in argumentatione à consequentijs ad antecedentia s: licet forte ipsa ab his ut à suis causis Physicè dependeant: sola spectetur consequendi necessitas, et ob hanc pro vice antecedentium fiat illatio.

Pars 16ta. de Comparatione.

Q: Quid est comparatio?

R: Est duorum vel plurium inter se collatio cum illatione quadam ob convenientiam, quam habet in aliquo tertio.

Q: quot modis solet institui comparatio?

R: tribus, videlicet à majori ad minus à minori ad majus, et à pari ad par.

Q: quid ab oratoribus per majus, minus, et par hic proprie intelligitur?

R: Per majus intelligunt id cui ex rebus comparandis aliquid magis convenit quam alteri. aut: pro quo stat major ratio, et probabilitas quam pro altero.

Per minus significant id cui aliquid minus convenit. seu: pro quo stat minor ratio et probabilitas, quam pro

altero.

Denique par dicant cui aliquid eoque convenit alteri
seu: pro quo equalis fiat ratio ac pro altero.

X: quotupliciter aliquid potest esse majus, minus,
et par.

X: tripliciter nimirum Physicè, seu realiter,
moraliter, et logicè seu Rhetoricè.

Physicè majus est, quod aliud excedit vel natura
prostantia, ut anima corpus, vel quantitate hoc est
magnitudine, male mensurâ, numero, pondere. p.
ubi tantum libro excedunt decem. vel denique qua-
litate. p.

Moraliter majus est, quod aliud superat dignitate, et
in estimatione hominum. Sic licet Princeps, no-
bilis, civis, rusticus sint Physicè seu naturâ pares,
Princeps tamen moraliter major est, respectu nobilis
hic respectu civis, et iste respectu rustici.

Logicè seu Rhetoricè majus dicitur, pro quo, superat
major, fortiorque ratio seu probabilitas. ex qua tri-
plici explanatione majoris facile etiam intelliges
quid sit minus et par Physicè et logicè, quid sit mo-
rale et Rhetoricum seu logicum.

X: Quodnam majus, minus, et par oratores pro a-

gumentis ex hoc loco eruendis considerant?
 Q: Logicum solummodo seu Rhetoricum. nam argu-
 menta, quae ducuntur à majori, minori, et pari Physico
 ac morali potissimum fallunt, ut in sequentibus patet
 exemplis.

Et primo quidem à majori Physico. vis potest ele-
 vare centarium ergo etiam puer à minori Physico.
 puer ñ potest centarium elevare: ergo neq; vis poterit.

À majori morali. Rex optime noscitur administra-
 re rempublicam ergo etiam Rusticus. à minori
morali. Rusticus nescit administrare rem publi-
 cam: ergo neq; Rex.

À pari Physico. Petrus bene discit: ergo etiam
 Paulus. vel Paulus ñ bene discit: ergo neq; Petrus.

À pari morali. Marcius Rusticus possidet centum iu-
 gera, ergo etiam Titus possidet Marcellus Rusticus. vel
 Marcellus ñ Titus possidet: ergo neq; Titus Marcius.

Quod utiq; argumentationes pessime concludunt. unde
 ut orator ex hoc loco bene argumentetur. ad majorem
 et par, logicam seu Rhetoricam, hoc est, ad id, cui ex rebus
 comparandis aliquid magis, minus, aut equaliter con-

verit, attendat, necesse est.

Q: quomodo ex triplici hoc fonte argumentationes instituantur?

Q: in argumentatione à majore ad minus, negatur in antecedente de uno ex comparandis id quod ei magis deberet convenire. Et tamen n̄ convertit, et tunc in consequente hoc ipsum pariter negatur de altero, cui id minus potest convenire. ut: Gigas potuit movere lapidem ergo multo minus eum movere poterit vis minoris roboris.

Ne tamen hic argumentandi modus fallat, utraque propositio argumentationis negativa sit opusculi; alioquin concluditur falsum, ut videre est in hoc exemplo: Rhetori fas est adire latinam concionem ergo etiam Rastico.

In argumentatione à minori ad majus affirmatur in antecedente de uno ex comparandis id, quod minus convertit, et tunc in consequente illud ipsum pariter affirmatur de altero, cui magis videtur convenire. ut: quinque legiones hostem vicerunt: ergo multo magis decem legiones potuissent victoriam reportare.

Denique in argumentatione à pari ad par affirmatur in antecedente de uno ex comparandis id, quod illi aequè

bene seu equaliter convenit quam alteri; At cum in
consequenti illud ipsum affirmatus de altero cui pariter
oque convenit. Sanctus Stephanus, Divus Joannes, Gu-
albertus homines sui similes inimicis condonarunt
ergo et tu juxta exemplum christi illis condonare
poteris.

In ordine ad faciliorem praxem prognoctur exemplo
attendes primo, quodnam sit majus, quod minus in sen-
su Rhetorico. utrumque autem facile deprehendes, si
juxta dicta probe advertas, cui magis vel minus con-
veniat id, quod de utroque ex comparandis vis predica-
re. attendas ratio. an majus sit in antecedenti,
an in consequenti; si est in antecedenti majus, tunc
argumentatio, et comparatio à majore ad minus. Si
vero majus est in consequenti, erit comparatio à minori
ad majus. attendes ratio: quod, si comparatio sit à
majori ad minus, tunc propositio antecedens debeat
esse negativa, si vero sit à minori ad majus, propositio
antecedens debeat esse affirmativa; alias illatio plerumque
male procedit.

Pars 17^{ima}.

De
Locis Extremis.

Q. quoniam sunt loci extrinseci?

R. Scilicet, prejudicia, fama, tormenta, tabulae, iurandum, testes.

Q. quoniam dicuntur prejudicia?

R. sententia illo, quod iam alias vel in simili casu, vel de hac ipsa re de qua agitur, à legitimo iudice sunt lato. Ex quo loco sic argumentamur. Horatius Ep. absolutus est, licet sororem insidiatricem occiderit. Ergo etiam Nilo absolvi potest, licet Clodium infanticidam interfecerit.

Q. quomodo argumentum ex hoc loco ab alio deductum repellitur.

R. ostendendo casum illum non esse similem nostro, nec illam sententiam de hac re vel in hac causa, de qua nos tractamus esse intelligendam, vel non nisi immerito fuisse latam, vel denique diversam fuisse causam.

Q. quid est fama.

R. Est rumor multorum, et sermo populari de re aliqua ab hoc vel illo facto unde sic argumentamur. Omnes clamant Marcellum eodem hanc perpetrasse, quod nocte facta est: ergo videtur esse nocens. quid enim ad famam requiratur, ut aliquid inde probetur, examinatur in iure.

Q: quid sunt tormenta?

R: Hic tormenta n̄ significant poenam, et supplicium à tortore illatum, sed per Metonymiam effectum illig. sunt igitur tormenta hic nihil aliud, quam confessio veritatis expressa per supplicium. ex quo sic. Ille dum loquentur, solus est, se hoc crimen perpetrasse. ergo est reg. sed cum hoc ad aliud forum pertineant nobis hic ea insinuasse sufficit.

Q: quid sunt tabule?

R: sunt leges scripte nam hic accipitur continens pro contento; quia olim leges scribebantur in tabulis, huc revocantur consuetudines quæ vim legum habent. Ita scripta tam publica, quæ protocollo vocant, quam etiam privata, ut testamenta, Chyrographa in foderibz et contractibz data, apochæ, nec n̄ litteræ ab aliquo scripte presentim manu propria. ex quo loco sic argumentamur: scribit hoc ad hostem de nobis. ergo est Proditor patriæ.

Q: quid est iurjurandum?

R: Est iuramentum, seu affirmatio vel negatio cum invocatione Dei in testem. Quod proinde invocatio potest esse tacita vel expressa.

sa. quando enim juratur per sanctos et creaturas, in quibus Veritas Dei specialiter elucet, eiusmodi sunt sacra Evangelica, colum, sol, terra, templum, crux, altare. p. hanc n. expresse sed implicite tantum.

Ex quo loco sic argumentamur. vir honestus fideus dignus jurat à se visum alterum in homicidio: ergo occidit: sed hoc rursus ad alium forum pertinet.

A. quinam dicantur testes.

R. illi qui aliquid affirmant, et testantur, sed sine juramento. si enim juramentum auerdat, argumentum à testibus deductum provocatur ad iurjurandum.

Ad hunc locum spectant tam Divina, quam humana testimonia. Item auctoritas seu sententia Patrum, Doctorum, Theologorum, Poetarum, aliorumque virorum illustrium.

Denique adagia, apophtegmata, symbola, seu hieroglyphica, aliisque id genus esse veterum libris aut nobis erudita.

Pars iova.

De

Argumentatione.

A. quid est argumentatio?

R. Est forma, et modus, quo argumentum proponitur, ut

vim et pondus habeat ad probandum et inferendum.

Q: quot sunt argumentationes species?

R: Septem scilicet Syllogismus, Entimema, Sorites, Dilemma, inductio, exemplum, Epichirema.

Q: quid est syllogismus seu ratiocinatio?

R: Est oratio tribus constans partibus, seu propositionibus, à quarum una progredimur ad alteram, ab ex utraque tertiam inferamus, scilicet conclusionem.

Licet vero syllogismus ex se sit oratio tantum tripartita eo quod tres propositiones habeat, quarum prima dicitur Major, altera minor, et tertia conclusio, si tamen majori propositioni addatur ratio, et minori pariter sua, à Rhetoribus dicitur ratiocinatio seu syllogismus, quibus partibus quia nempe quibus partibus constat. quod quoties est faciendum, quoties oritur dubium, an propositio, sive deinde sit major sive minor, sit vera, vel quoties indiget probatione.

Exemplum syllogismi tripartiti habes ex Cicerone pro Mili Major. omnis Infidiator jure à quoquo interfectus minor Clodius fuit Infidiator Milonis. Conclusio. Ergo Clodius jure fuit interfectus à Milone. En eundem syllogismum in formā Rhetoricam et ad quing.

partes reductum.

Major. Infidiator interfici posse sano mentis infirmitas nemo.

Ratio vel probatio majoris. nam necessitas barbaris, ratio doctis et bene cultis, natura ipsa animantibus vim vi repellere persuasit.

Minor. Clodium autem Milonis infidiatorem fuisse nemo ignorat.

confirmatio vel probatio minoris. is enim armatus, in agro expeditus, cum scelerata ferorum manu in agro Milonem lecticam vectum, et imparatum aggressus est.

Conclusio iuste igitur interfectam fuisse Clodium à Milone, nemo negare poterit.

Q: Quid est Enthymema?

R: Est argumentatio duabus constans partibus, ex quarum una inferatur altera.

atque cuiusmodi argumentatio fit solius, quoties in syllogismo major vel minor omittitur, et tunc majori et minori assumpto conclusio subijcitur. ut. Rhetorica est ars apte ornateque dicendi. p. ergo etiam concionatoribus est necessaria. ex quibus duabus partibus quarum prima antecedens dicitur, altera consequens facile potest fieri syllogismus. ut ars bene dicendi

est etiam concionatoribz necessaria. Sed Rhetorica
 est ars benedicendi. p. ergo etiam concionatoribz est neces-
 saria.

Q. quid est inductio?

R. Est argumentatio, quae ex pluribz propositionibus
 promissis, certis tamen et n̄ dubiis inferri conclusionē.

Q. quos modis fieri potest inductio?

R. Duobz. primo, enumeratione plurium specierum,
 ex quibz in conclusione inferitur genz. ut. cum Romana
 respublica occideret, vigeat in Senatoribz discordia
 in civibz luxuria in Militibz ignavia, in Juvenibus
 otium p. quis igitur n̄ videt, vitium hanc repub-
 licam perdidisse.

Secundo, similitudine, quando nempe ex pluribz simili-
 bz indubiis ac certis conclusio inferitur. ut. ensis, nisi
 Jopius ē vagina eductz, lucem aspiciat, rubiginem
 contrahit: ager nisi ferro excollatur, brevi infertili-
 tatem alibit: si diu extra aquas moretur navis iam
 rimis hiars, erit ad navigandam inepta. p. ergo etiam
 nisi Stylus oratorius exercatur, omnis brevi facili-
 tas dicendi elanquescit. interim tamen hoc, et simi-
 lia in ipsa oratione non ruditer, sed semper cum orna-
 tu sunt proficienda.

Q: quid est exemplum?

R: Est inductio imperfecta in qua ab uno simili aliud simile particulare inferatur. ut: Servilius, qui occidit Melium non est condemnatus ad mortem: ergo neque Milo, qui Clodium melius sceleratiorē occidit, est morte mul-
tandus.

Q: quomodo differt exemplum ab inductione perfecta?

R: Per hoc, quod inductio perfecta ex pluribus speciebus generis, vel ex pluribus similibus aliud simile, exemplum vero ab unico simili aliud simile non genericum, sed particulare seu singulare inferat.

Q: quid est sorites?

R: Est argumentatio, quae velut per gradus à multis con-
servatis propositionibus, quarum sequens semper proceden-
tis predicatum, ultima vero propositio primo subje-
ctum repetit, conclusionem inferat, ut: industria Ciceroni peperit artem, aut aptitudinem ad promovendum bonum publicum hoc aptitudo communem estimationem, communis estimationem feratoriam, et consularem dignitatem. igitur industria Ciceroni peperit feratoriam, et consularem dignitatem.

Ubi tamen cavendum, ne in tali argumentatione ulla ex propositionibus sit falsa, alias enim etiam prodicet con-

clusio falsa.

Quid est dilema?

R: Est argumentatio, cuius prima propositio habet duas partes contrarias, et ita constituitur, ut si unam concesseris, in alteram incurras necesse sit. Sic Cic: pro Roscio. Si sextus Roscius Patrem suum occidit, vel per se vel per alios occidit: non per se; quia tunc cum occideretur homo, ipse fuit amicus. non per alios, quia nullos possunt adversarii profiteri, per patricidium patrant: igitur non ipse occidit Patrem.

Quid est Epitaphia?

R: Est brevis ratiocinatio, quae unica propositione integram argumentationem in se complectitur. ut: sine causa Dominum ferrous accuset. nam in hac propositione continentur haec tres: nullus ferrous debet suum Dominum accusare sine causa. hic est ferrous Regis Deiotari, et nullam causam accusandi habet. ergo hic non debet Deiotarum accusare.

Articulus.
de
Amplificatione oratoria.

Q: quid est amplificatio oratoria, quae ab aliis etiam amplificatio rerum dicitur?

R: Est exagerratus quidam eloquendi modus ad inclinandam, et flectendam voluntatem ordinatus.

Q: unde materia seu argumenta pro amplificatione tali desumuntur?

R: ex iisdem fontibus, ex quibus argumenta desumuntur profacienda fide, sive convincendo intellectum; scilicet ex locis copiosis, non tamen omnibus, sed ex illis duntaxat, qui multa de una aliqua re in se continent.

Q: quoniam sunt hi loci?

R: definitio, aut descriptio oratoria partium enumeratio, similia, contraria adjuncta, antecedentia, consequentia, causa, effectus.

unde ad amplificationem serviunt definitiones conglobatae, hoc est, plures descriptiones eiusdem rei in unum congestae seu accumulatae, Item partes eiusdem rei affatim enumeratae; denique congeries seu accumulatio similiarum, contrariorum, adjunctorum, antecedentium, consequentium, causarum, effectuum.

Sufficiat hic unicum amplificationis exemplum per congeriem causarum, et effectuum ex Cic: pro archia. hoc studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant,

Secundas res ornant, in adversis per fugium ac solatium
 probent, delectant domi, non imperant foris pernoctant
 nobiscum, peregrinantur, rusticantur. quod reris multis
 modis vexatam esse provinciam; sed ad causas calamita-
 tatis atende. vigeat in ea ambitio, luxuria domi-
 nabatur, signes erant Magistratus, populus ipse molli,
 otiosusq; securitate diffuebat. Expecta igitur damna
 longe graviora, ex haereticis orationum, jacebit preta
 religio, eodes impune volitabunt.

Q: an n̄ etiam amplificatio ex diversis simul locis
 institui potest?

R: omnino. Dumodo plura argumenta ex diversis
 locis in unum ita congerantur, ut iisdem argumentis
 una eadem res strictim probetur.

Q: ubi hoc amplificatio habet locum?

R: potissimum in Epilogo, ubi orator breviter argu-
 menta sua in confirmatione fusiq; explicata, et pro-
 posita, strictim in unum cumulam conicit ad majorem
 impetum, qua à voluntate exorquet affectum. Dixi
 primo strictim; nam alias Epilogus non differet à con-
 firmatione. unde n̄ opus est, ut omnia argumenta
 adducantur, sed potiora tantum, seu illa, quae magis

deserviant ad affectum intentum. Ad ipsa argumenta etiam alio figurarum colore, quam quo usi sumus in confirmatione, profertenda sunt, ut licet eadem sint argumenta tamen ob alium ornatum et succinctum proponendi modum quasi alia videantur ad evitandam nauseam.

Vide pro hac re Dialogum de chria in Epilogo, Item Muratum, Ciceroem, Patrem Caesarium, apud quem post librum quintum invenies indicem amplificationum iuxta Alphabetum ex Cic: Collectarum. Dixi secundo, potissimum in Epilogo, quia non negandam, quod etiam in decursa orationis et praecipue post unum alterumque argumentum seu post partem orationis absolutam non nulla amplificari, et coacervari possunt, ad excidando defectus.

Q: quonam ulterius ferviant ad amplificationes, quibus varij animi motus excitentur.

R: Tropi ac multo figuris verborum, sententiarum vero plerumque, ut patebit in exemplis pro qualibet figura afferendis.

Q: quid ulterius pro amplificatione adnectendum.

R: ut adhibeatur solummodo in rebus, quae vel natura sua vel usu, et ostinatione hominum sunt magna. natura magna sunt quae causas admirabiles nunquam notas habent, praecipue autem Divina caelestia. p.

usu vero, et estimatione magna censentur, quo hominibus
videntur prodesse, aut multum obesse. p. ut religio, salus,
animus, vita. eorum nomen. p.

200. attendendum est, quo affectu homines, ad quos dictu-
rus est, potissimum moveantur, et ducantur; quidam
enim honestate, alij utilitate et alij jucunditate capi-
antur.

Hinc cognita auditorum dispositione cogitanda est,
quibus argumentis, et figuris huius vel ille affectus melius
excitari possit.

210. deducata iam ad longam confirmatione oratori
dispicienda est, quinam affectus materio suo magis con-
gruat, an scilicet affectus amoris, vel odij imitationis
vel fugae. p.

Postremum ad hunc finem plurimum juvat rem probata
metuabunde expendere, atque in se ipso affectum illum prae
excitare; tum enim ardentior, et copiosior prodidit amp-
lificationis. Hoc ipsum etiam proficere prae attempta tectis
alicuius proclari auctoris v. g. Ciceronis aut ex Basi-
lii. S. Chrysoptomi. p. qui illum ipsum affectum tractavit,
quem tu excitare in Auditoribus cupis; sic enim in butu
et inflammatu a ring similia facili effundit. exempla haec
momentoso rei, vide apud citatum causin lib. 6. et